STORIA DELLE RIVOLUZIONI DELLA CHIESA D'UTRECHT DEL CONTE LUIGI...





STORIA
DELLE RIVOLUZIONI
DELLA
CHIESA D'UTRECHT

DEL CONTE

LUIGI MOZZI

Canonico della Cattedrale di Bergamo.

LIBRI CINQUE.

TOMO TERZO.



VENEZIA MDCCLXXXVII.

PRESSO ANTONIO ZATTA, E FIGLI.

Con Approvazione e Privilegio.

STORIA DELLE RIVOLUZIONI DELLA CHIESA D'UTRECHT.

LIBRO QUINTO.

INTRODUZIONE.

Quantunque di tutti i Brevi, Decreti, ed altri Monumenti, che formano quest' ultimo libro, siasi dato nel decorso di questa Storia *un copioso estratto, ciò non pertanto crediamo di far cosa grata al nostro Lettore presentandoglieli qui per disteso e nella lingua loro Originale.*

2. Questi sono i documenti, di cui un Ordinario della Metropolitana di Milano non si è fatto difficoltà di scrivere, che la forma non è canoni-

ca, nè consentanea alla natura del giudizio (*a*): che le censure e scomuniche vi sono pronunciate senza le formalità essenziali, .. appoggiate ad errori di fatto intollerabili, .. surrette notoriamente, ingiuste, .. nulle, .. invalide assolutamente (*b*); che l' espressione n' è imbarazzata e confusa (*c*)· che le narrative de' medesimi non sussistono in fatto (*d*) che le condanne da essi portate non sono altro che parole vaghe, prive di un oggetto determinato, insignificanti, e che non esprimono alcun capo di delitto (*e*). In poche parole un complesso di censure, di sospensioni, d'interdetti, di deposizioni, di proscrizioni, di condanne, di riprovazioni, di annullazioni, di detestazioni, di esecrazioni (*f*): *tutti* i più importanti decreti *che noi qui produciamo, e che Monsignor Apologista confessa egli stesso* emanati dalla S. Sede (*g*), *sono atti, secondo lui*, che non possono riferirsi ad un uso legittimo della Podestà ecclesiastica

(a) *Del Cattolicismo della Chiesa d'Utrecht*, p. 70.
(b) *Ivi*. *pag*. 74.
(c) *Ivi*. *p*. 70.
(d) *Ivi*. *p*. 71.
(e) *Ivi*. *p*. 59.
(f) *Ivi*. *p*. 9.
(g) *Ivi*, *p*. 9.

ecclesiastica (*a*), *e alcuni de' quali si sono* carpiti con segretezza (*b*), altri usati con malizia (*c*), molti non possono sfuggire la taccia di attentati (*d*): *tutti sono* l' opera, e il parto dei maneggi e degli intrighi (*e*); tutti diretti a vulnerare, inasprire, ed esacerbare la causa degli Ultrajettini, e gli animi di tutti i fedeli (*f*), tutti appoggiati a un principio falso, e a una base insussistente (*g*), *di maniera che* l' elenco loro, *dice il nostro Monsignore*, è d' egual peso, d' egual natura, che gli scritti di que' fanatici, che o per debolezza d' intendimento, o per motivo di cupidigia prostituirono le loro penne alla cabala e alla menzogna, *nè altro può dimostrare* se non la mancanza di carità, e il non vero spirito di religione di que', che ne sono stati i promotori, e la durezza e asprezza, con cui si è agito in quest' affare contro i dettami del Vangelo, e contro le massime della religione (*h*).

3. Se

(a) *Ivi. p.* 74.
(b) *Ivi. p.* 58. 66.
(c) *Ivi.*
(d) *Ivi. p.* 72.
(e) *Ivi. p.* 70.
(f) *Ivi. p.* 74.
(g) *Ivi. p.* 70.
(h) *Ivi. p.* 8. 9. 10.

3. *Se questi giudizj non movessero che da un tribunale laico, cui il Sacro carattere alla sua nativa non aggiugnesse una nuova autorità, non dovrebbero essere più rispettati? I nostri Padri, i quali hanno sempre riconosciuto nell' Autore di essi il distruttore delle profane eresie, e il Dottore della Fede Ortodossa* (a), *il Padre e il Maestro di tutti i Cristiani* (b), *il Duce, e l' Organo della Chiesa, il Pastor de' Pastori, il Vicario di Dio* (c) *avrebbero certamente avuto orrore di quella penna, che espressa si fosse a' loro giorni in termini sì poco religiosi. Ma oggidì si pensa diversamente; e i* titoli, *co' quali i Dottori più autorevoli, e i Concilj più rispettabili hanno caratterizzati in ogni tempo i Romani Pontefici, si rigettano come* titoli vanamente prodigati, come fole, che parto sono della barbarie di alcuni se-

(a) *Tu profanarum hæresum depositor existis ut princeps & doctor immaculatæ Fidei.* Epist. Serg. Episc. ad Theod. S. P. Act. 11. Concil. Later ap. Labb Tom. VI. col. 124.

(b) *Omnium Christianorum Patrem ac Doctorem.* Concil Florent.

(c) *Veggasi il Merz* Responsum Catholicum ad quæstionem, quid est Summus Pontifex *p. 12. e seg., il Veith* De primatu & infallibilitate Romani Pontificis, *il Ballerini* De vi ac ratione Primatus ec., *il Card. Veronesi*. De necessaria Fidelium communione ec.

secoli, e dell' accecamento di alcune menti sovvertite dall' ambizione e dalla cupidigia (a). *Riguardinsi dunque pure, se si vuole, i seguenti Brevi e Decreti in se medesimi, senza riflesso alcuno alla suprema autorità del Tribunale, da cui partono. Essi non hanno bisogno che di esser letti per essere giustificati; come basta leggere l'indecente maniera, con cui ne parla il citato Scrittore, perchè un animo ben fatto si chiami malsoddisfatto della sua opera, e condanni la sua animosità.*

(a) *Del Cattolicismo. p. 18.*



RACCOLTA
DI
SACRI, ED IMPORTANTI MONUMENTI
SPETTANTI ALLA STORIA
DELLO
SCISMA D'UTRECHT.

MONUMENTO PRIMO.

Decreto di una Congregazione particolare di Cardinali Deputati agli affari d'Olanda (a).

1699. 25.Sett. 1. RElatis per Eminentissimum Dominum Cardinalem Albanum (b) Ponentem (c) pluribus, usque gravissimis accusationibus & querelis, jam a pluribus annis habitis adversus R. P. D. Archiepiscopum Se-

(a) *V. Storia delle Rivoluzioni ec. Tom. I. p. 314. n. 4.*

(b) *Il Card. Gio. Francesco Albani, poi Papa Clemente XI.*

(c) *Ponente, ossia Relatore della causa di Monsig. di Sebaste.*

Sebastenum, Missionis Hollandiæ Vicarium Apostolicum (*a*), ejusque Missionarios tam circa dogmata Fidei, præsertim in materia Jansenismi, & Bajanismi, quam circa nimium & exoticum, & a communi Ecclesiæ praxi exorbitantem disciplinæ rigorem, non sine populorum offensione, & scandalo: 1699 25 Set.

2. Eminentissimi Patres, auditis circa præmissa testimoniis plurimorum Episcoporum, Sacerdotum tum Sæcularium, tum Regularium variorum Ordinum, nec non Laicorum tum indigenarum, tum exterorum, ac præsertim omnium fere catholicorum Principum, & ipsius etiam Sedis apostolicæ Ministrorum, visisque plurimis libris doctrinæ suspectæ, & nonnullis jam condemnatis, a Missionariis Hollandiæ prodeuntibus re mature discussa, decreverunt, ut sequitur.

3. Ad mentem: Quæ est, quod significetur R. P. D. Sebasteno, ut accedat ad Urbem, modis exprimendis juxta minutam conficiendam ab Eminentissimo Ponente.

4. Scribatur Domino Internuntio (*b*), mentem sacræ Congregationis esse, ut deputetur Pro-Vicarius Hollandiæ D. Theodorus de Cock cum omnibus facultatibus Vicarii; ac propterea Internuntius insinuet Sebasteno, ut eum de-

(a) *Monsig. Pietro Codde.*
(b) *L' Internunzio di Bruselles.*

deputet: alias ipse Internuntius deputet eundem nomine sacræ Congregationis.

I I.

Lettera scritta a Monsig. Arcivescovo di Sebaste in nome della stessa Congregazione (a).

1699 25 Set. 1. EA quidem est sacræ Congregationis de spirituali Missionum istarum tranquillitate, & progressu sollicitudo, isque propterea, quem maximum capit, dolor ex tot tamque diuturnis dissidiis, quæ isthic inter sacros potissimum viros, non sine magno catholicæ Religionis detrimento, tuique etiam animi, quam toties testatus es, amaritudine fervent, ut inter quam plurimas alias, quibus eadem sacra Congregatio premitur, curas, nihil antiquius sibi habendum esse duxerit, quam publicæ inter Catholicos Regionum vestrarum paci, ac mutuæ præsertim Christi Operariorum charitati prospicere.

2. Verum post maturas diuturnasque consultationes, hi Eminentissimi Patres, ut aptiora quæque capi remedia possint, nihil æque proficuum atque expediens esse putarunt, ac Amplitudinem tuam coram audire, atque ab eadem de Missionum earumdem statu, singulisque de

(a) *Stor. Tom. I. p. 315. n. 5.*

de rebus, quæ ad ipsas pertinent, plene atque 1699.
sincere doceri. Confidentes propterea, Amplitu- 25 Set.
dini tuæ grave non futurum, pro commissarum sibi ovium bono, longum licet ad hanc almam Urbem iter instituere, ut id quamprimum præstes summopere cupiunt, teque meis hisce litteris excitant, atque hortantur. Magnos enim hic præsentia tua fructus paritura. Ea namque & egregiam tuam erga sacram Congregationem observantiam atque obsequium maxime probabis, pluresque difficultates, quæ in re tanti momenti feliciter explicanda Eminentissimorum Patrum animis obversantur, facile tolles.

3. Porro ad hoc ipsum optima quidem proximi anni sancti videtur te opportunitas invitare, quo & apertos universis Christifidelibus Indulgentiarum thesauros consequi poteris, tuæque eximiæ pietati in Apostolicorum liminum visitatione satisfacere.

4. His ergo tam piis gravibusque stimulis prompto, quo decet, animo Amplitudo tua obsequens, simul sacræ hujus Congregationis, imo & ipsius Sanctissimi Domini Nostri voluntatem, qui adventantem te pro summa sua ac vere paterna benignitate accepturus est, maxime demerebitur. Mihi vero imprimis expectatus, & jucundus advenies, meque ad omnia hic in tui commodum officia præstanda paratissimum experieris; & amplitudinem tuam Deus incolumem servet.

III.

III

Altro Decreto della medesima Congregazione (a).

1701. 7. Mag. 1. SAnctitas Sua de consilio hujus sacræ Congregationis, Sebastenum ab omni exercitio, & administratione Vicariatus Hollandiæ auctoritate Apostolica suspendit, & in ejus locum D. Theodorum de Cock Provicarium Apostolicum eadem auctoritate ad Sanctitatis Suæ, & S. Sedis apostolicæ beneplacitum fecit, constituit, & deputavit cum omnibus & singulis facultatibus, privilegiis, & indultis Sebasteno, ratione dicti Vicariatus, alias a Sede apostolica concessis, & quomodolibet competentibus, iis exceptis, quæ Episcopalem requirunt ordinem, & signanter cum potestate instituendi & destituendi, ubi & quoties opportunum duxerit, alios Provicarios.

IV.

Breve di Clemente XI. al Sig. D. Teodoro de Cock (a).

1701 13 Mag. 1. DIlecte Fili salutem & Apostolicam Benedictionem. De cura Christifidelium in Hollandiæ illique Fœderatarum Provinciarum partibus, quæ ab Hæreticis occupantur, existen-

(a) *Tom. I. p. 373. n. 13.*
(b) *Tom. I. p. 378. n. 1.*

xistentium pro pastorali nostro munere solliciti, 1701. 13 Mag
ac de tua fide, doctrina, prudentia, & Catholicæ Religionis zelo, super quibus apud nos multipliciter commendaris, plurimum in Domino confisi, teque a quibusvis excomunicationis suspensionis & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existas, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutum fore censentes, de particularis Congregationis nonnullorum Ven. F. F. N. N. S. R. E. Cardinalium super rebus ejusdem Hollandiæ coram Nobis habitæ consilio, te, qui, ut accepimus, alias Collegii Urbani *de propaganda fide* hujus almæ Urbis nostræ alumnus fuisti, ac in sacra Theologia Magister existis, diuturnum in illarum regionum Missione servitium laudabiliter præstitisti, Provicarium apostolicum in Hollandiæ & Provinciarum hujusmodi partibus in locum Ven. Fratris Petri Archiepiscopi Sebasteni ibidem Vicarii apostolici, quem ab omni exercitio & administratione Vicariatus præfati, auctoritate apostolica, tenore præsentium suspendimus, cum omnibus & singulis facultatibus, privilegiis & indultis eidem Petro Archiepiscopo, ratione dicti Vicariatus, alias a Sede apostolica concessis & quomodolibet competentibus, iis exceptis, quæ episcopalem requirunt Ordinem, & signanter cum potestate instituendi & destituendi, ubi & quoties opportunum du-

1701 13 Mag. duxeris, alios Provicarios in dictis partibus eadem auctoritate harum serie ad nostrum & ejusdem Sedis beneplacitum constituimus & deputamus.

2. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut te ad officium Provicarii apostolici hujusmodi, illiusque liberum exercitium juxta earumdem tenorem præsentium recipiant, & admittant, teque recognoscant, & te in omnibus, quæ ad idem officium pertinent, faveant & admittant, & respective tua salubria monita & mandata humiliter suscipiant & adimplere procurent.

3. Alioquin sententiam sive pœnam, quam rite tuleris seu statueris in rebelles, ratam habebimus & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

4 Non obstantibus Apostolicis ac universalibus, provincialibusque ac Synodalibus Conciliis editis, vel generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, nec non quibusvis, etiam juramento confirmatis, apostolica vel quavis firmitate alias roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus expressis & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac

vice

vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ, 13. Mai. 1702.

V.

Lettera di Mgr. Bussi Internunzio di Brusselles a' Sacerdoti della Chiesa d' Utrecht (a).

1. Admodum Reverendi Domini. Illustrissimi Archiepiscopi Sebasteni pietatem, & erga S. Sedem reverentiam adeo perspectam habemus, ut nil ingratius ipsi accidere posse merito censeamus, quam si R. R. D. D. vestræ in testimonium amoris & obsequii, quo eundem Præsulem prosequuntur, a debita S. Sedi submissione vel in minimo deflecterent. Per similem contumaciam indelebilis nota vestris tam præclaris (b) Capitulis inureretur, & uberrimam obloquendi materiam linguis suis suppeditatam malevoli gratularentur. 1702. 11.Mag

2. Quare ipsius Archipræsulis, ac D. D. vestrarum nomini, totiusque Hollandiæ utilitati consulentes indispensabilem Pontificio Diplomati (c) obedientiam testari debetis, prompte novum Provicarium Apostolicum agnoscendo; ad-

(a) *Stor Tom. I. p. 386. n. 2.*
(b) *Ivi.*
(c) *Il Breve precedente al Sig. de Cock n. IV.*

1702. 21. Giu. idque faciliorem etiam sternet viam, ut paterna benignitate & clementia a Sanctissimo Domino Nostro admittatur quidquid desuper D. D. vestræ exponendum habent.

3 Certas præterea easdem volumus, nos operam omnem adhibituros, qua decorem prædicti Archipræsulis, totius Cleri convenientias, & istarum Missionum progressum incessanter promoveamus. Sincero affectu dicor Bruxellis 21. Junii 1702. *Admod. R. R. D. D. Vestr. Addictissimus Jo. Baptista Bussius Abbas S. Salvatoris.*

VI.

Lettera del Card. Paolucci a Martino de' Swaen, ed agli altri suoi Consacerdoti d' Olanda (*a*).

1702. 1. Dec. 1. NOn sine admiratione ac molestia SS. D. N. ex litteris D. D. V. V. intellexit, Breve Apostolicum (*b*) per D. Internuncium istuc delatum, quo Sanctitas Sua Dom. Theodorum de Cock Provicarium Hollandiæ constituit, in dubium a vobis revocari, quod, uti bonos Catholicos ac ecclesiasticos potissimum viros decebat, maxima potius veneratione ac filiali obedientia excipere debebatis.

2. Quam

(a) *Stor Tom. I. p. 404. n. 7.*
(b) *Lo stesso Breve riferito sotto il n. IV.*

2. Quam quidem Provicarii deputationem, 1703.
Sanctitas Sua non levibus, sed gravibus
innixa rationibus, & summa cum maturitate
atque consilio fecerit, minus prudentis animi
esse videtur futurum sperare, ut eadem Sancti-
tas Sua ab ejusmodi deliberatione in præsentia
recedat. Quod, si D. Archiepiscopus Sebaste-
nus bonum jus fovere & satis se ab objectis
purgare posse confidit, ad illud se stare Tri-
bunal cognoscet, a quo sua cuique justitia pro
merito administratur.

3. Quamobrem consultius atque etiam æquius
agetis, si ejusmodi Sanctæ Sedis decretis, ea,
qua par est animi submissione obtemperando,
melioribus sane, quam quibus huc usque usi
estis, argumentis veros vos obedientiæ filios
esse probabitis. Hæc autem sunt, de quibus
Sanctiss. Pontifex pro paterna sua clementia,
& salubri vestra directione ac bono vos sedu-
lo admonendos esse judicavit & D. vestras
Deus incolumes diu servet. Romæ 2. Decemb.
1702. *Fr. Card. Paulutius.*

VII.

Lettera scritta a nome della S. Congregazione di Propaganda ad uno de' Missionarj d' Olanda (a).

1703 5 Feb. 1. DEbeo per præsentem in nomine hujus sacræ Congregationis ac expresso mandato SS. Domini significare D. V. ac per eum cuicumque, ad quem pertineat, quod omnes provisiones Pastorum, Deservitorum (b) aliorumque destinatorum ad curam animarum & administrationem Sacramentorum factæ, etiam pro interim, & sub titulo necessitatis, tam a præteritis Provicariis (c), quam ab Archipresbiteris, aut ab assertis Assessoribus istorum prætensorum Capitulorum, post suspensionem D. Archiepiscopi Sebasteni ab Apostolico Vicariatu sint nullæ, irritæ ac nullius valoris.

2. Nihilominus pro majori cautela Sanctitas Sua his declaravit & declarat ut tales cum omni eo, quod inde secutum est, & præsentium vigore expressam faciens procura-

tio-

(a) *Stor. Tom. I. p. 418. n. 2.*

(b) *Così chiamavansi nell' Olanda i Parrochi, vice Parrochi ec.*

(c) *I quattro Provicarj lasciati da Monsign. Codde, V. Stor. Tom. I. p. 336. n. 2.*

tionem unicuique supradictorum Ecclesiastico- 1703
rum, ut ne ullo modo se ingerant in regimen istarum Missionum sub pœna Excommunicationis incurrendæ ipso facto sine ulla alia declaratione.

3. Poterit D. V. facere eâ forma seu modo, quem existimabit magis idoneum magisque pacificum, ut quilibet, cui obvenit, sciat supradictam mentem SS. D. N., ut securitati conscientiarum provideatur. Et Deus D. V. prosperet. Romæ 3. Feb. 1703. *Ad placitum D. V. C. Card. Barberinus Præfectus-C. A. Fabronius Secretarius.*

VIII.

Lettera di Monsig. Internunzio di Brusselles a Martino de' Swaen (a).

1. Romanæ, quas hac hora, recipimus, litteræ præcisum SS. D. mandatum ferunt indicandi, ex parte & nomine Sanctitatis Suæ, Ecclesiasticis istarum Missionum, quòd quamvis provisiones omnes & singulæ Pastorum, Deservitorum, aut quorumcumque aliorum, quibus cura animarum & administratio Sacramentorum commissa fuit, tam a R.R. Exprovicariis (*b*) quam Archipresbiteris, vel asser-

(a) *Stor. Tom. I. p. 418. n. 2.*
(b) *I 4 Provicarii eletti da Monsig. di Sebaste.*

1703 1. Feb. sertis Assessoribus prætensorum Capitulorum Missionum Fœderati Belgii, post deputatum a S. Sanctitate novum Provicarium, sint per seipsas nullæ irritæ & nullius valoris.

2. Nihilominus tum Sua Sanctitas ad majorem cautelam, & paterno suo zelo earumdem Missionum tranquillitati & animarum saluti prospiciat, & ut quæcumque contestationum & scandalorum semina ab ipsis Missionibus amoliatur, declaravit & vigore præsentium declarat, easdem deputationes & provisiones, cum omnibus inde secutis, nullas, irritas, ac nullius valoris, inhibendo expresse quibuscumque Ecclesiasticis, ne se ullatenus ingerant in regimen istarum Missionum sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ.

3. Nos igitur apostolicis mandatis, qua par est, sedulitate ac reverentia obtemperantes Sanctitatis Suæ declarationem Dom vestræ indicamus, injungentes etiam eamdem aliis Missionum istarum Presbiteris notam facere, eosque ad emendationem præteritorum verbo & exemplo inducturam speramus Dominationem vestram.

4. Non est dedecus retractare quod infundate gessimus: habemus majorum virorum præclarissima retractationis exempla, imitari non pigeat, quod laudare delectat. Clara Pontificia declaratio veritatem firmavit, cui obedire omnino debemus. Id a probata Dom. vestræ prudentia, & conscientiæ teneritudine indubie expectans inscribor. Bruxellis 22. Feb. 1703. ec.

IX.

IX.

Breve di Clemente XI. a' Cattolici d'Olanda (a).

Dilectis Filiis Universis Catholicis in partibus Hollandiæ & Provinciarum conterminarum constitutis Clemens Papa XI.

1. Dilecti Filii salutem. Illius vices, licet immeriti, gerentes in terris, qui transiturus ex hoc mundo ad Patrem, pacem, quam nascendo nuntiaverat, Ecclesiæ suæ velut testamento reliquit, in eam maxime curam incumbimus, ut Catholici omnes, iique præsertim qui in sejunctis ab hac Sancta Sede regionibus constituti ab omni specie mali cavere diligentius debent, remotis dissensionum fomentis, ea, quæ pacis sunt, studiose sectentur, quive in unitate ejusdem Fidei consentiunt, concordiæ quoque & charitatis vinculo conjungantur. 1705. 7 Apr.

2. Quamobrem turbarum ac dissensionum mala germina, quæ in Hollandicis Missionibus jampridem exorta, quotidie succrescere, non sine gravi paterni nostri cordis amaritudine, deprehendimus, resecare atque etiam, favente Domino, prorsus eradicare cupientes, Venerabili Fra-

(a) *Stor. Tom. 1. p. 254. n. 1.*

1703 7. Apr Fratre Petro Archiepiscopo Sebasteno justis gravibusque de causis a Vicariatus Apostolici officio, quod obtinebat, suspenso, Provicarioque interim, donec ab eadem Sede aliter provideretur, in ejus locum subrogato, nulli alteri, sub Provicariatus, Archipresbiteratus, aut assertorum Capitulorum, ut vocant, Assessoratus, seu cujusvis alterius muneris aut officii obtentu, Pastores, Missionarios, Deservitores, aut alios quoscumque ad animarum curam Sacramentorumque administrationem, etiam prætextu necessitatis constituendi seu deputandi facultatem ullam competere declaravimus, & nihilominus ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus esset, omnes & singulas deputationes supradictorum nomine forsitan ut supra factas cum omnibus inde secutis prorsus irritas ac nullius roboris vel momenti esse decrevimus: omnibus propterea Clericis Missionum præfatarum apostolica auctoritate, & sub excomunicationis ipso facto & absque alia declaratione incurrendæ pœna districtius inhibentes, ne in illarum spirituali regimine se ingerere quovis pacto auderent vel præsumerent.

3. Nunc vero, ut quod paucis denunciatum est, omnibus istarum regionum Catholicis plenius innotescat, nullusque amplius de Pontificia voluntate nostra ambigendi supersit locus, ea de re vos omnes, Dilecti Filii, per præsentes litteras duximus admonendos, de vestra quidem eximia pietate constantique erga apostolicam Sedem obedientia plane confisi, nul-

lam

lam inposterum apud vos fidem aut aditum 1703.
inventuros paucos illos Ecclesiæ simul atque 7 Apr
Reipublicæ turbatores, qui subdolis artibus falsisque narrationibus candidos animos vestros decipere aut etiam, si possent, in errorem abducere conati sunt.

4. Sinite illos, dilecti Filii, quia cœci sunt, atque utinam non excæcaverit illos malitia eorum! Ostendite vos veras Christi oves esse, qui supremi in terris Pastoris ab eodem Domino constituti monitis obsequuntur, & non audiunt vocem alienorum. Alieni profecto sunt qui, dum gregem Dei dividere tentant, mactare potius ac perdere quam custodire velle deprehenduntur.

5. Obtendunt illi quidem exactioris disciplinæ speciem, ac de rigidioris Theologiæ sibi fama blandiuntur: quales vero animo sensus foveant, quove mente colliment, quicumque sapiens rerum æstimator facile judicabit certissima illa (qua nos ad eos, qui veniunt in vestimentis ovium, dignoscendos Salvator noster instruxit) adhibita regula = A fructibus eorum cognoscetis eos =. Quis enim, ut cœtera taceamus, tot ab iis hac in causa editos libellos videat jurgiis, maledictis, mendaciis, calumniis, apertaque in apostolicam Sedem irreverentia ac temeritate undequaque scatentes, quos magno vel ipsis Heterodoxis scandalo fuisse comperimus, quin statim agnoscat, quam longe illorum auctores defensoresque a spiritu Dei sint, qui non est dissensionis Deus sed pacis;

1703 7 Apr quam longe a sincera Christi charitate, quam adeo verbis prædicant, factis destruunt, quam longe demum a veræ humilitatis & obedientiæ, quæ cæterarum virtutum fundamenta sunt, tramite. dum adversus ipsam B. Petri Sedem Christianorum omnium Matrem & Magistram caput attollere, ejusque mandatis obviam ire, quinimo & potestatem convellere, ac palam impetere non erubescunt.

6. Vos autem, dilecti Filii, non sic; sed in accepto a majoribus vestris pietatis instituto perseverantes, quem religione profitemini sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ principatum prompta, ut vere Catholicos decet, obedientia comprobate. Neque enim vobis nisi pro vestra utilitate præcipimus, nec temporalia vestra quærimus, sed spiritualia vobis charismata comparamus

7. Quod vero ad præfatum Archiepiscopum Sebastenum attinet, cum repetitis multorum officiis atque etiam enixis dilecti Filii Theodori de Cock a Nobis, ut præfertur, Provicarii constituti precibus urgeremur, ut illi in Hollandiam redeundi potestas fieret, asserentibus cunctis, id quoque a sæcularibus Magistratibus de restituendo, ut ajebant, in patriam proprio cive sollicitus vehementer optari, apostolica potius indulgentia quam districtiori canonum censura usi, discedendi non modo veniam, sed & mandatum, ante duos fere menses, ipsi ultro dedimus.

8. Eidem vero, cum se pararet itineri, ad nos nuperrime venienti paterne simul ac per-

spi-

ſpecie animi noſtri ſenſus ita explicavimus, ut licet novi iſtarum partium Vicarii apoſtolici deputationem diutius adhuc nos differre contingeret, ipſe tamen ſpem omnem, ejuſmodi munus, quod ei nonniſi ad hujus Sanctæ Sedis beneplacitum demandatum fuiſſe reperiebatur, & a quo ſubinde, ſicut præmittitur, ſuſpenſus fuerat, impoſterum exercendi ſibi penitus ablatam eſſe non obſcure intelligeret. Ita ſiquidem, re ſatis ſuperque diſcuſſa, auditoque plurium Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E Cardinalium conſilio, ſpirituali iſtarum Miſſionum bono magis congruere in Domino cenſuimus. 1705 7 Apr.

9. Præterea eidem injunximus, ut fautores ſuos ab omni contentione & æmulatione, ſui potiſſimum cauſa ſuſcitatis, curaret avertere: offenſiones omnes, querelas, cœteraſque terrenas ſapientium rationes, ingenito hominibus proprii commodi ſtudio jugiter ſuggerente, minime defuturas uno hoc effato Apoſtoli compeſcendo = Obedite præpoſitis veſtris & ſubjacete eis, ipſi enim pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri =.

10. Hæc omnia, dilecti Filii, vobis ſimiliter innoteſcere neceſſarium duximus, ut quicumque apud vos Catholicorum nomine cenſeri volunt non ſint ſicut parvuli fluctuantes, ſed ſciant quem paſtorem in via Domini ſequi, & cujus mandatis parere teneantur. Satagite igitur, ut, qui recte credendi gratiam a Domino conſecuti eſtis, bonorum operum & præcipue charitatis, humilitatis, & obedientiæ fructi-

1703 7 Apr ctibus eidem Domino respondeatis: frustra enim fuerit catholice credidisse, nisi coeterarum quoque virtutum suffragio reporteris finem Fidei vestræ salutem animarum. Idque ut facilius assequamini, supremum misericordiarum Patrem pro muneris nostri debito paternoque, quos vos omnes complectimur, amore precari non desistemus, & Apostolicam interim Benedictionem vobis ex animo impertimur. Datum Romæ die 7. April 1703.

X.

Lettera della S. Congregazione a Monsig. di Sebaste (a).

1703 25. Ag 1. PErlectis in S. Congregatione litteris Amplitudinis tuæ, gavisi sunt quidem Eminentissimi Patres de felici in patriam reditu, sed de gravibus, quibus Catholici per Hollandiam vexantur, ærumnis doluerunt magis. quibus vero potissimum auctoribus, impulsoribus atque instigatoribus in tantum discrimen adductæ res vestræ sint, cum omnibus pateat, ipsis quoque Acatholicis palam fatentibus, profecto ignorare non potes.

2 Mirantur equidem Patres Eminentissimi, & pro paterna, qua vos omnes in Christo di-

li-

(a) *Stor. Tom. 1. p. 437. n. 2.*

ligunt, charitate ingemiscunt, viros Catholicos, 1703.
Sacerdotes, Pastores, qui bonitatem & disci- 25. Ag.
plinam & scientiam profitentur, eo se partium
studiis adduci esse passos, ut, dummodo
tuerentur tuam, catholicæ Fidei causam prodere non erubuerint; quodque mirandum magis, iidem ipsi sunt, quos Amplitudo tua & arcta sibi præ cæteris necessitudine junctos voluit, & beneficiis ornavit, & accusatos plures apud S. Sedem defendit acerrime, utque strenuos vineæ Dominicæ & inconfusibiles operarios ipsique Sanctæ Sedi obsequentissimos prædicavit, atque præcipuos in regenda Missione sibi socios & adjutores adhibuit, ut vel ex hoc uno (etiamsi cætera plurima defuissent) agnoscere debeat Amplitudo tua, quam juste, quam necessario de mutando istarum Missionum regimine earumque administratione in alium transferenda cogitandum fuerit. Id vero cum jam debita maturitate plane constitutum ac rite peractum sit, & Sanctissimus D. Noster ea de re datis ad omnes Hollandiæ Catholicos Apostolicis litteris mentem suam abunde explicaverit, supetest, ut quicumque Christi Vicario subesse, ac B. Petri Cathedræ voluerint communione sociari, Sanctitatis suæ mandatis reverenter obediant, si qui vero (quod absit) obdurato animo reluctari pergant veluti Ethnici & Pubblicani tandem juxta Evangelii monitum habeantur.

3 Reliquum Deo committendum est, qui sperantes in se confundi non patitur, & servos
qu-

1704. 25 Ag. quidem suos tanquam aurum probat in camino tribulationis, nec tamen deserit, sed brachio sancto suo defendit illos, & suavibus illis vocibus consolatur ac reficit: *si me persequuti sunt, & vos persequentur*. Propterea non est concidendum animis, sed fortiter sustinendum: non enim vincitur Ecclesia persecutionibus, sed augetur, quod ipsimet Patres vestri, quorum virtutum & in asserenda fide Romana constantiæ æmulatores vos esse decet, toties experti sunt: oportet autem & hæreses esse, ut, qui probati sunt, fideles inveniantur.

4. Tibi vero, (si tuos, si patriam, si fidem catholicam cordi habeas; & quod caput est, nisi in conspectu Supremi Judicis, qui scrutatur renes & corda, tantorum Ecclesiæ malorum culpam subire velis) adnitendum est maxime, ut tempestatem, quæ nonnisi propter te exorta est, totis viribus sedare contendas, idque non ægre admodum assequeris, si amicis omnibus & clientibus tuis denunties ex animo, nullo te ambitionis æstu abripi, neque primos recubitus affectare, satis propterea tibi fore, ut supremi in terris Ecclesiæ Pastoris voluntati obsequendo tibimet imposterum pacifice vivas, quod quidem & animæ tuæ tutius fuerit, & Christianæ sapientiæ, quæ magis subesse appetit quam præesse, institutis conformius, ne alias videaris quæ tua potius quam quæ J. C. sunt in Evangelico ministerio quæsivisse.

5. Tuarum quoque partium fuerit, eosdem sedulo admonere, ut conscientiæ suæ consulant,

lant, & ecclesiasticas censuras, quibus non pauci juxta canonicas sanctiones irretiti sunt, minime parvipendant. Dominus est enim patiens redditor; te vero (quidquid demum ipsi acturi sint) prorsus nolle ipsorum culpis involvi, ne tremendæ nimis Christi sententiæ obnoxius fias: *Væ homini illi per quem scandalum venit*. 1703 25 Ag

6. Et ista quidem cum sacræ Congregationis, tum etiam maxime Sanctitatis suæ nomine Amplitudini tuæ significanda habui, teque interim paratissimam in exequendis apostolicæ Sedis mandatis voluntatem serio promittentem laudamus omnes, impensius laudaturi, cum idipsum, ut (Deo dante) confidimus, opere comprobaveris. Et amplitudinem tuam Deus incolumem servet. *C. Card. Barberinus Præfectus. Car Aug. Fabroni Secretarius.*

XI.

Lettera del Card. Paolucci a Monsig. di Sebaste (a).

1. Restituendæ Missionibus Hollandicis paci paterna sollicitudine intendens Sanctissimus D. Noster non semel hactenus declaravit, nemini, præter Deputatos ab apostolica Sede, jus 1703 11 Oc

(a) *Stor. Tom. 1. p. 441 n. 3.*

1703 14 Oï. jus nullum aut jurisdictionem spiritualem in easdem Missiones competere: ideoque Ecclesiasticis omnibus auctoritate Apostolica inhibuit ne cujusvis officii, aut etiam prætensorum Hollandiæ Capitulorum Assessoratus, seu alterius ab iisdem Capitulis habitæ commissionis prætextu in præfatarum Missionum regimen se ingerant sub pœna excommunicationis ipso facto & absque alia declaratione incurrendæ.

2. Quamvis autem totum id amplitudini tuæ satis innotuisse credi potest, tamen ad abundatiorem cautelam voluit Sanctitas sua, ut iterum tibi meis hisce litteris significarem, nullam prorsus jurisdictionem spiritualem in antedictis prætensis Capitulis a Sede apostolica agnosci, ac propterea non licere Amplitudini tuæ illorum nomine jussu seu permissione Pontificalia ulla munia exercere: & nihilominus, etsi sua Sanctitas sibi persuadeat ultro te tibi ab hac re temperaturum, ne id agere ullo pacto præsumas, iterum Sanctissimus D. Noster auctoritate apostolica tibi prohibet sub pœna perpetuæ suspensionis ab exercitio Pontificalium pariter ipso facto & absque alia declaratione incurrendæ.

3. Mandatque tibi Sanctitas Sua, ut éa de re prætensos Capitulares serio admoneas, ut ab usurpatione omnis spiritualis jurisdictionis omnino caveant, alias excommunicationis latæ sententiæ vinculo (cui contravenientes, quatenus opus sit, iterum subjicit Sanctitas Sua) se noverint innodatos: cœteros vero tum Clericos tum Laicos, qui eorum prætensorum Capitu-

pitulorum jurisdictionem (donec ab apostolica 1703
Sede aliter decretum fuerit) agnoverint, seu 12. Oc
ipsis paruerint, schismaticis potius quam Catholicis esse adnumerandos.

4. Ego vero, dum Sanctitatis suæ jussa exequens hæc tibi scribo, Deum Optimum Maximum rogo, ut Hollandicis Missionibus optatam reddat aliquando tranquillitatem: tibi autem ut cœlestium donorum incremento laeta & salutaria cuncta largiatur. Datum Romæ die 12. Octobris 1703. Domin. tuæ Illustrissimæ ad officia paratissimus Fr. Card. Paulutius.

XII.

Breve di Clemente XI. all'Elettore Palatino (a).

Dilecto Filio Nobili Viro Joanni Wilhelmo Duci Neoburgi, Comiti Palatino Rheni, S. R. I. Principi Electori Clemens P. P. XI.

1. Dilecte Fili, Nobilis vir, salutem ec. Sup- 1703
petunt undique Nobis tot ac tam præ- 13 Oc
clara argumenta præstantis illius pietatis, qua Nobilitas tua pro catholicæ Religionis incolumitate atque incremento incenditur, ut in his, in

(a) *Stor. Tom. 1. p. 441. n. 9.*

1703 13. Oc. in quibus maxime ipsius Religionis bonum & apostolicæ Sedis dignitas versatur, opem atque officia tua nunquam defutura esse nobis fidenter prorsus polliceamur.

2. Quoniam itaque nonnulli parum memores debitæ in nos atque in eamdem Sedem obedientiæ, ac seipsos improvide, alios autem temere seducentes ausi sunt insurgere adversus dilectum Filium Theodorum de Cock, quem nos non ita pridem, prout spirituali saluti Fidelium in Hollandiæ partibus commorantibus expedire in Domino duximus, Provicarium nostrum apostolicum deputavimus, & cum prava hujusmodi Refractariorum hominum opera factum sit, ut idem Provicarius noster inde abscedere, alioque se recipere cogeretur, Nos qui animarum salutem & Dei honorem ea in re agi perpendimus, te etiam atque etiam hortamur, & pro paterna, qua te impense prosequimur, charitate obtestamur, ut præfato Theodoro de Cock omni studio ac favore adesse, eumque sub tua clientela susceptum in tuis ditionibus, & in proximis istarum partium locis humanitus recipi cures, quatenus ipse interim partes demandati sibi muneris obire, & Missionum opus, cui præest, promovere valeat.

3. Facile autem intelligere poteris quantum inde apud Deum meriti tibi sit accessurum, quod etiam ad cumulandam semper magis singularem nostram in te benevolentiam pertinebit, & Nobilitati tuæ, cui uberem a Deo bo-
no-

norum affluentiam precamur, apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ die 13. Octob. 1703. ec. 1703. 13 Oct.

XIII.

Estratto di Lettera del Card. Paolucci al Parroco Cornelio Velthuissen (a).

DE restituendo unquam ad Vicariatum apostolicum Domino Archiepiscopo Sebasteno non est quod quis falsa sibi spe blandiatur, cum nimis multæ gravesque rationes sint, ob quas Sanctitas Sua quam longe se ab ejusmodi consilio abesse toties cum aliis multis, tum etiam ipsi Sebasteno declaravit, atque in eodem proposito sit firmiter perstitura. Porro id Dominatio tua quoque palam, ubi opportunum fuerit, edicere plane poterit. 1704. 17 Gen.

XIV.

Decreto della Congregazione del S. Offizio (b).

1. IN Congregatione Generali S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud S. Petrum coram Sanctissimo Domino Nostro D. Clemento divina provi- 1704. 3 Apr. Fer. 5

(a) *Stor. Tom. 1. p. 443. n. 11.*
(b) *Stor. Tom. I. p. 447. n. 4.*

1704 videntia Papa XI., ac Eminent. & Reverend. 3 Apr. Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus a S. Sede apostolica specialiter deputatis.

2. Sanctissimus Dom. Noster D. Clemens XI. Papa prædictus infrascriptos libellos, videlicet = Declaratio Archiepiscopi Sebasteni ec... Responsiones Archiepiscopi Sebasteni ec = prævio accurato eorundem examine, habitaque super illis relatione & censura a pluribus in sacra Theologia Magistris ad id specialiter deputatis, nec non auditis præfatorum Eminentissimorum Cardinalium suffragiis, prohibendos atque damnandos censuit, prout præsenti decreto damnat & prohibet uti continentes doctrinas & assertiones ad minimum suspectas, singulares, atque ecclesiasticis Constitutionibus repugnantes, quibus Christi fideles in jam damnatos errores induci, ac pravis opinionibus infici possent, ita ut nemini inposterum, cujuscumque gradus aut conditionis existat, eosdem libellos vel eorum alterum ullomodo & sub quocumque prætextu quovis idiomate imprimere vel imprimi facere, aut impressos legere vel apud se retinere liceat, sed illi Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus ab omnibus, qui eos habuerint, statim & cum effectu tradi & consignari omnino debeant sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis.

3. Ipsum vero R. P. D. Archiepiscopum Seba-

Sebastenum, eo quod post diuturnam ac plenam totius causæ discussionem apostolicæ Sedi quoad ea, de quibus fuerat denunciatus, ut præfertur, minime satisfecerit, ab omni Hollandicarum Missionum regimine dudum ei ad ejusdem Sedis beneplacitum commisso, & a quo nuper suspensus fuerat, penitus removendo, Sanctitas Sua ad alterius Vicarii Apostolici deputationem in ejus locum libere procedi ac proinde hac de re in Congregatione negotiis propagandæ Fidei præposita juxta solitum agi mandavit. = Joseph Bartolus S. Rom. & Univers. Inquisitionis Notarius. 1701. Apr. 1

XV.

Breve di Clemente XI. all'Imperadore Leopoldo (a).

Charissimo in Christo Filio Nostro Leopoldo Hungariæ & Boemiæ Regi Illustri in Romanorum Imperatorem electo.
Clemens PP. XI.

1 CHarissime in Christo Fili Noster salu- 1704
tem ec. Catholicorum Hollandiæ res, 9 Agost.
novis in dies prodeuntibus adversus eos Magistratuum edictis ac pœnis, eo jam loco po-

sitas

a) *Stor. Tom. I. p. 465. n. 2.*

1784 9 Agosto ſitas eſſe videmus, ut niſi efficaci ac præſenti aliquo patrocinio juventur, ad extremam timeri poſſint perniciem adducendæ.

2 Nos itaque de ipſorum gravi periculo jure ſolliciti, poſtquam aſſiduis apud Deum precibus eorumdem cauſam agere non deſtitimus, nihil nobis conſultius aut opportunius agendum ſupereſſe putavimus, quam ut Majeſtatis tuæ perſpectam celebratiſſimamque pietatem conveniremus, ac Dei ipſius & D. N. J. C., cujus vices immeriti ſuſtinemus, nomine interpellaremus, ut pro eximio, quo præſtas, Catholicæ fidei zelo apud eoſdem Magiſtratus officia omnia ſtudiaque ſedulo atque conſtanter adhibeas, quo Catholicis eorum ditioni ſubditis liceat, ut hactenus licuit, pacifice vivere, nec eorum paſtores, ut jam contra omnem æquitatem fieri cœptum eſt, exilio mulctiſque plectantur.

3. Sane poſtquam Archiepiſcopum Sebaſtenum, quem pluribus gravibuſque de cauſis, ac præcipue ob non ſanam doctrinam, a munere, quod ad hujus Sanctæ Sedis beneplacitum obtinebat, removere compulſi fuimus, & ex hac Urbe, ut iidem Magiſtratus vehementer optare videbantur, & quidem abſque alia pœna ex paterna indulgentia dimiſimus, unde nobis ab Hollandi Regiminis æquitate quietem pollicebamur, majorem inde vexationem injuriamque reportavimus. Nam & Provicarium a Nobis deputatum, virum probum ejuſdemque Patriæ civem, a pluribus annis ibidem ſine que-

rela

ſela verſatum, publico ſtatim edicto proſcriptum audivimus, & alios deinde Sacerdotes, eoſque potiſſimum, qui debita Nobis obedientia magis præſtare videbantur, vel in exilium actos, vel ſacris muneribus prohibitos, aut etiam carceribus mancipatos. 1704. 5 Aug.

4. Declarant quidem iidem Hollandiæ Magiſtratus, palamque omnibus conteſtantur nolle ſe de ſpirituali Catholicorum regimine quidquam aſſumere, ſed illum Romano Pontifici, ut antea, liberum expeditumque relinquere, quod & ipſis Patriæ legibus conſentaneum eſſe profitentur; ſed reipſa Eccleſiæ Miniſtros a Nobis conſtitutos munere ac ſtatione deturbant, noſtris vero mandatis contumaces ac refractarios ſub Catholicorum nomine apertum ſchiſma meditantes fovent atque tuentur, ita ut in extremum Romanæ fidei excidium lento quidem & occultiore, ſed eo deteriore conſilio intendere videantur.

5. Id vero quanta cum divini nominis injuria, quanto Religionis Catholicæ detrimento in totius Eccleſiæ conſpectu accidat, ſupervacaneum eſt ut pluribus explicemus. Nimis enim æquitati abſonum & a reverentia, quam erga Majeſtatem tuam profitentur, alienum eſſe dignoſcitur, quod illius Reipublicæ Moderatores nihil prorſus ſanctæ ipſi Religioni, quæ tantæ tibi curæ eſt, non modo indulgere in tui gratiam velint, ſed nec ab hac quidem turbanda, uti hactenus nullo publicæ rei incommodo factum eſt, abſtinere. Quid enim magnum,

1764 9 Agost insolens, aut ipsorum rationibus officiens tandem foret, si Provicarium antedictum vel nullius revera criminis reum, vel, siqua in re offenderit, abunde satisfacere paratissimum, ipsa Majestate tua Religionis causa intercedente, in gratiam reciperent, atque in spirituali animarum regimine exercendo tacita saltem conniventia tolerarent? quid enim si reliquos animarum rectores nobis obsequentes, viros innoxios, ac pacis amatores munere suo, ut antea, fungi, contumaces vero ac publicæ non minus quam Ecclesiasticæ quietis perturbatores, infamiumque libellorum, quibus nostra simul & apostolicæ Sedis dignitas per summam impudentiam impetitur, evulgatores gratum Majestati tuæ facturi compescerent?

6. Quamobrem, charissime Fili noster, ut huic rei obtinendæ, sine qua Catholica & quidem plurium centenorum millium hominum fides salva esse non potest, vehementer insistas, Majestatem tuam hortamur & obsecramus in Domino, ante cujus conspectum rei profecto omnes ac debitores pereuntium tot millium animarum postulabimur, si humanis quibusque ducti rationibus manum iis omnem, quam possumus, adjutricem porrigere negligamus. Id enim tandem, charissime in Christo Fili noster, pro paterna, quam erga te gerimus, charitate Majestatem tuam mente, quam tibi pussimam Altissimus indidit, recolere cupimus, ac serio cogitare, impositum tibi sanctæ Religionis tuendæ onus, cum Imperii gubernacula su-

suscepisti, summam potestatem tibi non solum 1704
ad terrenum regimen, sed maxime ad Eccle- 9 Agost
siæ præsidium esse collatam. Et Apostolicam Benedictionem Majestati tuæ amantissime impertimur. Datum Romæ ec die 9. Aug. 1704

XVI

Lettera dello stesso Clemente XI. al medesimo; Imperadore Leopoldo (a).

1. CHarissime in Christo Fili noster salutem 1704
& Apostolicam Benedictionem. Dalla 9 Ag
Lettera pervenutaci dalla Maestà Vostra ricaviamo un nuovo e ben chiaro argomento della sua continua e figlial divozione verso questa S. Sede, in cui per iscrutabile giudizio dell' Altissimo senza alcun nostro merito ci troviamo collocati. Mentre però ne rendiamo alla M. V. molte grazie, non lasciamo insieme di pregare incessantemente Dio perchè si degni di convertire in profitto della pubblica tranquillità quel tanto, che alla M. V. è piaciuto di significarci. A questo oggetto del continuo rimirano i nostri voti più ferventi principalmente indrizzati a' vantaggj della Cattolica Religione, da' quali non sono mai stati disgiunti i felici avvenimenti della sua Augustissima Casa.

2. Non

(a) *Stor. Tom. I. p. 465. n. 2.*

1704. 9. Ag. 2. Non possiamo in tal occasione lasciare di raccomandare alla Maestà Vostra, come facciamo con tutta l' efficacia maggiore del nostro spirito, le Missioni d' Olanda, quali trovandosi in grandissima confusione e travaglio per l' appoggio, che danno que' Magistrati alla disubbidienza di chi sempre più si fa conoscere contumace alle determinazioni della S. Sede, sono perciò sommamente bisognose del valido ed efficace patrocinio della M. V., come più pienamente le abbiamo rappresentato con altro nostro Breve (*a*).

3. Non dubitiamo di tutto conseguire dalla pietà e dallo zelo della M. V. in sollievo dell' estrema afflizione, che giustamente ci recano quelle pendenze sì pregiudiziali alla propagazione della fede di G. C. E frattanto con tutta la pienezza del nostro affetto paterno diamo alla M. V. l' Apostolica Benedizione. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 9. Aug. 1704. Pontif. nostri anno 4.

(*a*) *Il Breve precedente.*

XVII.

XVII.

Breve del medesimo all' Elettore Palatino (a).

Dilecto Filio Nobili Viro Ioanni Wilhelmo Duci Neoburgi Comiti Palatino Rheni S. R. I. Principi Electori. Clemens PP. XI.

1. Dilecte Fili ec. Quam gravibus ærumnis atque afflictionibus premantur qui magno numero per Hollandiam versantur Catholici non ignorat Nobilitas tua, quæ nuper ipsis ope & præsidio alacriter adesse non destitit, ac præcipue Provicario Apostolico eorumdem regimini deputato e carceribus liberando sedulam atque efficacem navavit operam. Quæ causa est, ut gratias quidem Nobilitati tuæ maximas inprimis habeamus, simulque ut novis rebus, quæ in dies adversus eosdem Catholicos injuste tentantur, auctoritate atque officiis tuis occurrere non prætermittas, te etiam atque etiam adhortemur. 1704. 26. Ag.

2. Nuntiatum siquidem Nobis est, Hollandiæ Magistratus non modo in præfati Provicarii munere impediendo persistere, sed plures quoque Sacerdotes, non alia de causa quam præ-

(b) Stor. Tom. I. p. 465. n. 2.

1704. 26. Ag. ſtitæ Nobis quoad ſpiritualia obedientiæ, vel officio arcuiſſe, vel exilio carceribuſque mulctaſſe: id vero in quantum Catholicæ fidei dedecus ac detrimentum vergat adeo eſt ex ſe manifeſtum, ut propterea probos omnes Catholicos ac potiſſimum Principes omnino deceat zelo Dei ac Religionis excitari ad ſtudia omnia ſimul conferenda, ne tanta pernicies ulterius progrediatur.

3. Qua de re & ad chariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Leopoldum Romanorum Regem in Imperatorem electum, & ad cœteros Ortodoxos Principes, quorum authoritas apud Hollandios in pretio eſt, litteras dedimus. Etſi vero Nobilitatem tuam pro ingenita tibi divini honoris ſolicitudine eadem in re nemini ceſſuram confidimus, tamen pro muneris noſtri debito novis urgere officiis non omittimus, ut prædictum Provicarium valido patrocinio tuo tutum eſſe velis, & in adminiſtranda commiſſarum ſibi Miſſionum cura a Magiſtratibus Hollandiæ, præſtita etiam ab eo, ſi quidquam offenderit, æqua ſatisfactione, tolerari.

4. Id vero nec Hollandiæ legibus adverſum nec moribus inſuetum, ſed contra potius Reipublicæ tranquillitati, qua regnorum omnium felicitas conſtat, maxime conſentaneum fore nemo non videt; ut propterea hoc in negotio ſtrenue proſequendo Nobilitas tua certum habere debeat, rem primum quidem ſe Deo gratiſſimam, jucundiſſimam Nobis, ſimulque ipſis etiam Hollandiæ Magiſtratibus commodam at-

que

que peruilem esse facturam. Et Apostol. Benedic. tibi, dilecte Fili Nobilis vir, peramanter impertimur. Dat Romæ. 26. Aug. 1704. 1704. 26 Ag.

XVIII.

Breve del medesimo all' Arcivescovo Elettor di Magonza (a).

Venerabili Fratri Lothario Francisco Archiepiscopo Moguntino S. R. I. Principi Electori. Clemens Papa XI.

1. VEnerabilis Frater salutem ec. Novis in dies gravibusque adeo malis vexari audimus sacras Hollandiæ Missiones, ut illorum, qui tanta pro religione patiuntur, paterna non solum charitate misereri, sed & solatium, quod præstare per nos ipsi non possumus, aliorum saltem auxilio quærere debeamus. Neque enim Nobis in tanto Catholicæ fidei discrimine silere integrum est, neque ortodoxis Principibus, quorum præsertim penes Hollandos auctoritas in pretio est, honestum atque decorum opem tot animarum millibus denegare. 1704. 26 Ag.

2. Cum igitur charissimo in Christo Filio nostro Leopoldo Romanorum Regi in Impera-

to-

(a) *Stor. l. c.*

1704. 26 Ag torem electo aliisque Principibus ea de re plura scripserimus, Fraternitatem tuam quoque duximus excitandam, ut opera studiisque tuis prædictorum Catholicorum, qui in omni pressura sunt, imo potius ipsiusmet Religionis nostræ causam agere non graveris.

3. Jamdiu enim est, quod Provicarius Apostolicus in Archiepiscopi Sebasteni (quem non uno ex capite, & præsertim ob minus sanam in fide doctrinam removere oportuit) locum substitutus, eorum præcipue Sacerdotum turbis ac factione, quæ eidem Sebasteno favet, publico Magistratus edicto proscriptus exulat; nec pauci inde animarum rectores mandatis nostris obsequentes pariter in exilium pulsi, vel etiam mancipati carceribus, pecunia mulctati, aut munere prohibiti sunt.

4. Quæ porro omnia cum ad sanctæ Fidei nostræ eversionem tendant, & contra morem legesque ipsiusmet Fœderati Belgii, nulla quidem necessitate urgente vel causa, tententur, optimus Fraternitati tuæ, cæterisque religiosis Principibus, ac præsertim sacris Præsulibus locus aperitur, benigniorem agendi modum, quem tamdiu experti sumus, ab æquitate Hollandi Regiminis impetrandi, reducendique in Patriam Apostolici Provicarii, qui ea potissimum a Nobis de causa electus est, quod vir probus, amator pacis, probatusque tot annis in ministerio esset, facilique negotio posset in Magistratuum gratiam restitutus, aut saltem connivent oculo, munere suo vacare permis-

sus

fus diffidia omnia inter Catholicos orta componere, & si cuipiam offensioni fuerit, integre, ut ratio postulat, satisfacere. Ita cæteris Sacerdotibus, quibus non aliam quam toleratam hactenus in Catholica Religione exercenda libertatem petimus, antiquæ paci restitutis, quieta omnia remanerent, nihilque prorsus Reipublicæ deperiret, quinimo & revocata civium tranquillitate non parum utilitatis accederet.

1704. 26 Ag

5. In id Fraternitatem tuam pro eximio, quo polles, sanctæ fidei zelo, Nobisque etiam obsecundandi studio, totis adnisuram viribus plane confidimus, deque opera diligentiaque tua prosperum, favente Deo, exitum præstolamur. Quare & Apostolicam Benedictionem Fraternitati tuæ peramanter impertimur. Dat. Rom. 26. Aug 1704.

XIX.

XIX.

Breve del medesimo all' Arcivescovo Elettore di Treviri (a)

Venerabili Fratri Jo: Hugoni Archiepiscopo Trevirensi S. R. I. Principi Electori.
Clemens P. P. XI.

1704
26 Ag 1. VEnerabilis Frater &c. Perspectus Nobis Fraternitatis tuæ pro Religione Ortodoxa zelus sollicitudinem nostram excitat, ut in sublevandis Catholicorum Hollandiæ necessitatibus, quibus ipsa fidei nostræ ratio penitus exigit, operam tuam studiumque requiramus.

2. Venerabilem Fratrem Archiepiscopum Sebastenum olim Apostolicum Missionum Hollandicarum Vicarium ad hujus S. Sedis beneplacitum constitutum, justis gravibusque de causis, ac præcipue ob non satam doctrinam, qua plebs incauta paulatim inficiebatur, ab officio suspendere primum, ac deinde penitus removere compulsi fuimus. Quare perditi quidam homines eidem Archiepiscopo nimis addicti, qui sub carholico nomine impium & plane schismaticum gerunt animum, quo prædicti Ar-chie-

(a) *Stor. l. c*

chiepiscopi partes tuerentur, eo se abripi passi sunt, ut nulla Religionis ratione habita, Acatholicos Magistratus impulerint non modo ad Provicarium Apostolicum a Nobis Sebastem loco substitutum publico edicto, nec sine ignominia proscribendum, sed ad plures quoque pastores vexandos, atque exilio plectendos, qui debito erga hanc S. Sedem obsequio præcellere videbantur. 1704 26 Ag

3. Hæc autem omnia cum & naturali æquitati, & ipsorum etiam Hollandorum consuetudini ac legibus, quibus ratum sibi semper fore testati sunt, ut spirituali Catholicorum regimini nullatenus se se immisceant, plane adversentur, atque in apertum Fidei nostræ detrimentum, vergant, par omnino est ut omnium Catholicorum Principum, præcipue vero sacrorum Antistitum zelus ac pietas, eorumque potissimum, qui apud Hollandos auctoritate aliqua pollent, ingentibus adeo malis avertendis pro viribus allaboret. Quare sicut & alios Apostolicis litteris in idipsum maxime incendimus, ita Fraternitatem tuam inprimis excitamus ac vehementer hortamur, quæ nihil plane aut Episcopo dignius, aut Deo gratius, aut Nobis etiam acceptius præstare poterit, quam si studiis omnibus officiisque suis Reipublicæ illius Optimates a novandarum rerum consilio avertat, atque ad pristinam Catholicis sibi subjectis pacem restituendam adducat.

4. Eam vero facile obtinere possent, si perpaucos illos, qui dissidiorum & contentionum fo-

1704. 26 Ag fomitem præstant, verbisque & scriptis omni impudentia refertis Ecclesiam non minus quam Rempublicam turbant, pœnis terrerent, ac Provicarium nostrum, concivem suum, cui prima, Nobis etiam impingentibus, cura foret Catholicos omnes undique invicem conciliare, & si quempiam offenderit cumulatissime satisfacere, Fraternitate tua una cum cœteris Principibus intercedente, in gratiam ultro ipsi reciperent, vel benigna saltem dissimulatione tolerarent.

5. Age igitur, Venerabilis Frater, Dei caussam alacriter suscipe, & ad optatum usque exitum, Deo favente, prosequere, immortalem curatæ tot millium animarum salutis, servatæque catholicæ Religionis tibi gloriam comparaturus, & Apostolicam Benedictionem Fraternitati tuæ peramanter impertimur, Datum ec. die 26. Aug. 1704. ec.

X X.

Lettera del Cardinal Paolucci al Sig. Van-Groenhout, e agli altri Sacerdoti di Harlem (a).

1704. 22.Nov. 1. MAla, quibus Hollandiæ Missiones premuntur, adeo gravia sunt & undequaque vulgata, ut ea etiam ante litteras vestras

(a) *Stor. Tom. II. p. 4. n. 2.*

ſtras ignorare non potuerit Sanctiſſimus D. No- 1704.
ſter. Has quidem paterna charitate condolet 11 Nov.
Sanctitas Sua, ſed ex eo maxime angitur,
quod non hoſtium aut alienigenarum opera,
ſed ipſorum Eccleſiæ Miniſtrorum (quod ma-
xime erubeſcendum eſt) culpa ac veluti ſtu-
dio res veſtræ in ſummam calamitatem addu-
ctæ videantur.

2. Si enim Sanctitatis Suæ monita toties repetita ab omnibus, ut par erat, reverenter excepta, nec non præcepta atque mandata Apoſtolicæ Sedis non alium in finem quam utilitatis veſtræ tendentia, ut ſane decebat Catholicos, impleta fuiſſent, omnia jam in Patria veſtra quieta ac pacata gauderemus; ſed dum plerique partium ſtudiis, contentione, & ſimulatione a debita ſupremo Eccleſiæ Præſidi obedientia ſe abripi ſinunt, quid mirum ſi permittente Deo ærumnæ atque afflictiones Catholicorum augentur? ut propterea non ſine intimo cordis gemitu pro eo, quo vos amore proſequitur Sanctitas Sua, Apoſtolicum illud vobis ingeminare cogatur = ſi invicem mordetis, & comeditis, videte ne ab invicem conſumamini =

3. Quod ad Miſſionum veſtrarum regimen pertinet, ſcitote illud Sanctitati ſuæ maxime curæ eſſe, & quemadmodum quæcumque hactenus circa illud ſtatuit nonniſi pernicioſæ doctrinæ diſciplinæque ab univerſæ Eccleſiæ praxi diſcrepantis ab eiſdem Miſſionibus eliminandæ cauſa facta ſunt, ita nihil inpoſterum

1704 ab eadem Sanctitate Sua statuendum fore, quod
21 No. non Dei gloriam vestramque ac totius populi ortodoxi utilitatem respiciat.

4. Interea vestrum neminem, ac Compresbiterorum vestrorum latere potest, plures jam a Sanctitate Sua etiam cum censurarum ecclesiasticarum indictione sancitum esse, ne quis citra Deputatorum ab Apostolica Sede auctoritatem animarum curæ, aut ulli spirituali jurisdictioni per Fœderatum Belgium quocumque tandem titulo se se immisceat.

5. Siquis ergo mandatis hujusmodi non paruerit, conscientiæ suæ, imo & aliorum propter actuum nullitatem, consulat necesse est; quod quidem ab omnibus Hollandiæ Sacerdotibus in conspectu Dei, qui non irridetur, sedulo recogitari cupit Sanctitas Sua, quæ emendatos quosque & revertentes ad cor amantissimi Patris visceribus parata complecti omnino de vobis meliora confidit, omnibusque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Ecclesiarum omnium Matri ac Magistræ, vere obedientibus Apostolicam Benedictionem meis hisce litteris benigne impertitur. Datum Romæ die 21. Novemb. 1704. D. D. V. Y. ad officia Fr. Card. Paulut.

XXI.

XXI.

Altra del medesimo a' Signori Ugone Van-Heussen, e Guglielmo Van-Dalennoort Sacerdoti d' Utrecht (a).

1. CUm ea omnia, quæ in gravissima D. Archiepiscopi Sebasteni causa gesta sunt, nonnisi summa maturitate, justitia, quin imo etiam clementia Sanctissimi D. N. Nostri decreta atque firmata jam fuerint, nihil est, quod ea de re, litteris nostris rescribi mandet Sanctitas Sua, quæ quidem non sine intimo dolore percipit ingentia, quibus Catholicorum Hollandiæ res turbatur, mala, nihilque studii ac sollicitudinis prætermissura est, ut iisdem finis quantocius imponatur. 1704. 22. Nov.

2. Huic porro rei vos primum & Comprestiberos vestros sedulam omnino navare operam decet, eosque præsertim, qui humani aliquid passi ullam tantis Ecclesiæ detrimentis dedisse causam sibi conscii sunt. Eosdem præterea paterne admonet, hortaturque & per viscera misericordiæ Dei nostri obsecrat Sanctitas Sua, ut serio secum ipsi in conspectu Dei reputent Evangelica verba = necesse est ut veniant scandala, veruntamen væ homini illi, per quem scandalum venit =.

3. In-

(a) *Stor. Tom. II. p. 4. n. 1.*

1704. 3. Insuper meminisse omnes vult, pluries
11 No. jam auctoritate apostolica, inflictis etiam ecclesiasticis censuris, vetitum esse, ne quis præter deputatorum a Sanctitate Sua voluntatem spirituali per Fœderatum Belgium regimini quacumque se ratione ingerat, quique ea in re offenderint conscientiæ suæ, imo & aliorum propter actuum nullitatem, consulendi debito obstringi declarat.

4. Cœterum cessantibus Sacerdotum dissidiis, si quis adversus aliquem habet querelam, merito sperandum censet Sanctitas Sua vel ab ipsa Magistratuum æquitate fore ut cuncta in pristinam tranquillitatem redeant, quod a Deo primum optimo Maximo exorandum est, & fraterna inter Catholicos charitate non verbo & lingua, sed opere & veritate procurandum.

5. Demum Sanctitas Sua Ortodoxos omnes ac præsertim Sacerdotes regionis vestræ debitam huic Sanctæ Sedi obedientiam religiose præstantes paterna charitate complectitur, quin & inobedientes, velut oves errantes, Christi summi Pastoris vocibus, ut ad ovile redeant, revocat & adhortatur, parata in sinum excipere, & si opus fuerit imponere in humeros suos, ne in æternum pereant nihil enim toto hoc negotio nisi ipsorum salutem quærit, quæ nonnisi sana doctrina, disciplinaque a totius Ecclesiæ usu non abhorrente parari potest. Omnibus ergo obedientiæ filiis Apostolicam Benedictionem largitur, iisdemque ego, dum Sanctitatis Suæ mandata exequor, perpetuam a Deo feli-

ci-

citatem precor. Datum Romæ die 22. Nov. 1704. ec. 1704. 22 Nov.

XXII.

Altra del medesimo a Monsig. Arcivescovo di Sebaste (a).

1. EX postrema Epistola tua libenter audivit Sanctissimus D. Noster, Amplitudinem tuam iis, quæ a Sanctitate Sua circa Missionum Hollandiæ regimen provide statuta sunt, qua decebat reverentia acquievisse, & omnia, quæ ad extinguenda prorsus earumdem Missionum dissidia conducere possunt, sincero animo præstituram. Qua quidem in re & pluribus aliis exemplo esse poteris, & non exiguam tibi quoque laudem comparabis, si præsertim in reliquis etiam ita te inposterum geras, ut integram cumulatamque Sedis Apostolicæ benevolentiam promerearis. 1705. 29 Dec.

2. Neque vero aliud quidquam universo hoc in negotio præ oculis habuit Sanctitas Sua quam spiritualem Catholicorum istarum partium utilitatem, quæ nonnisi perfecta animorum sub primo in terris Ecclesiæ Capite consensione constare potest. Æquum propterea est, ut paternis supremi Pastoris votis debita, quam spondes, vene-

(a) *Stor. Tom. II. p. 12. n. 5.*

1705 29. Dec. veneratione & obedientia respondere cures. Quare & Sanctitatis Suæ jussu Apostolicam Benedictionem, & meo etiam nomine observantiæ meæ testimonium Amplitudini tuæ defero, perennemque tibi a Domino felicitatem precor. Romæ 29. Decemb. 1705 - Dominationis tuæ Illustrissimæ Serv. F. Card. Paulutius.

XXIII.

Altra lettera del medesimo a' Signori de Swaen, Van-Catz, e Van-Heussen (a).

1706 31. Lu. 1. Significatum fuit Sanctissimo Domino Nostro te, postquam Dominus Potkamp Vicarius Apostolicus mortalitatem explevit, spirituale Hollandicarum Missionum regimen tibi arrogare perrexisse, & jurisdictionales actus, qui in adjuncto folio descripti sunt, pluribus in locis exercuisse. Magnum non admirationis modo, sed etiam amaritudinis argumentum Sanctitati Suæ ejusmodi attentata præbuerunt, cum te minime latere compertum habeat, omnem penitus facultatem ac jurisdictionem in easdem Missiones tibi aliisque prætensis Provicariis jamdudum fuisse abrogatam speciali decreto sacræ Congregationis de propaganda fide edito die 3. Februarii 1703., quod Sua Sanctitas litteris Apo-

(a) *Stor. Tom. II. p. 18. n. 5.*

Apostolicis in forma Brevis die 7. Aprilis ejusdem anni datis confirmavit. 1706. 31 Lat.

2. Et quamvis antedictus Dom. Potkamp, dum in humanis ageret, sublatas facultates tibi forte contra S. Sedis mentem restituerit, scire tamen debebas ab earum exercitio abstinendum tibi esse post ejusdem Vicarii obitum, quo illius omniumque ab ipso delegatorum jurisdictio extincta fuit. Id autem quod ultro facere debuisses, multo magis tamen tibi præstandum erat, postquam a Domino Bussio Internuntio Bruxellensi, atque etiam a D. Piazza tunc Nuntio Coloniensi, quibus regimen Hollandicarum Missionum ab Apostolica Sede pro interim commissum erat, admonitus mature fuisti, ne in præfatarum Missionum administrationem ullo pacto te ingereres.

3. Quæ cum ita sint, Sanctissimus Pater muneris sui esse ducens sacrilegis & scandalis, quæ ab hujusmodi attentatis oriuntur, opportune prospicere, ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, quamcumque facultatem & delegationem a quocumque hactenus tibi concessam revocat, irritat, & nullius roboris vel momenti esse decernit.

4. Tibi insuper Apostolica auctoritate & sub Excommunicationis ipso facto & sine ulla alia declaratione incurrendæ pœna districte mandat, & præcipit, ut ab usurpanda deinceps spirituali jurisdictione in præfatas Missiones omnino caveas. Hæc ego, ut ejus mandatis pro religione tua & debita Sedi Apostolicæ obedientia

1706 31. Lu. obtemperes. Et Deum precor sancta tibi, & salutaria quæque largiatur. Romæ 31. Jul. 1706.

XXIV.

Decreto di Clemente XI. (a).

Clemens Papa XI. Ad perpetuam rei memoriam.

1707 4 Ott. 1. CUM (sicut Nobis innotuit) obtentu tam defendendæ causæ Ven. Fratris Petri Coddæi Archiepiscopi Sebasteni, quem Nos dudum ab Apostolico Hollandiæ illisque Foederatarum Provinciarum Vicariatu, nostro desuper die 3. Aprilis 1704 edito decreto (b) removendum duximus, quam tuendarum quarumdam ejusdem Petri Archiepiscopi scriptionum, quas eodem decreto damnavimus & prohibuimus, quamplurimi inquietorum hominum & publicæ tranquillitati adversantium opera in lucem prodierint, & in dies prodeant libelli, quorum evulgatione exortæ hactenus inter Catholicos illarum partium turbæ atque dissidia foveantur, imo & pravæ doctrinæ semina ad simplicium subversionem, non sine maximo Orthodoxæ Fidei detrimento, diffunduntur. Nos, dum de alias tam gravi morbo in animarum No-

(a) *Stor. Tom. II. p. 26. n. 5.*
(b) *Vedi sopra Monum. XIV.*

Nobis ab Altissimo commissarum perniciem 1707.
vergenti opportune adhibendis remediis sedulo 4 Oct.
cogitamus, aliquos iterum ex iisdem libellis, qui ad Apostolatus nostri notitiam pervenerunt Latino, Gallico, & Belgico respective idiomate typis impressos, Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus a Sede apostolica specialiter deputatis examinandos commisimus, quorum tituli sunt infrascripti, videlicet = Apologia pro Clero ec. (a)

2. Auditis itaque memoratorum Cardinalium, qui relatas sibi super iisdem libellis plurium in Sac. Theologia Magistrorum censuras diligenter perpenderunt, sententiis, creditum Nobis a Domino Pastoralis curæ atque vigilantiæ munus, quantum Nobis ex alto conceditur, salubriter exequi cupientes, de eorumdem Cardinalium consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, non modo omnes & singulos supradictos libellos, utpote multa falsa, calumniosa, Apostolicæ Sedi ejusque Ministris injuriosa, piarum aurium offensiva, scandalosa, temeraria, atque in apertum schisma tendentia respective continentes: verum etiam omnes & quoscumque alios libros, libel-

(a) *I libri proscritti, de' quali in questo decreto si riferisce per disteso il titolo, e che da noi per brevità si ommette, sono in numero trentuno.*

1707. libellos, epistolas, & alia quævis opera, seu
4. Ott. opuscula directe vel indirecte adversus præfatum nostrum Decretum remotionis supradicti Petri Archiepiscopi, necnon damnationis & prohibitionis memoratarum ejus scriptionum quocumque idiomate hactenus edita, & si quæ imposterum edi contigerit (a) tenore præsentium damnamus & reprobamus, ac pro damnatis & reprobatis perpetuo debere haberi decernimus.

3. Ac proinde omnium & singulorum tam supra descriptorum quam aliorum quorumlibet similium libellorum, librorum, epistolarum, operum, seu opusculorum impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus & singulis Christifidelibus etiam specifica & individua mentione, ac expressione dignis, sub pœna excomunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, præterquam a Nobis seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere, omnino interdicimus & prohibemus. Volentes & Apostolica auctoritate mandantes, ut qui-

cum-

(a) *Tale è per esempio il libro non ha guari stampato, e da noi più volte citato* Del Cattolicismo della Chiesa d'Utrecht ec.

cumque libros, libellos, epistolas, opera seu 1707.
opuscula prædicta, vel eorum aliquod penes 4. Oct.
se habuerint, illa seu illud statim atque præsentes Litteræ eis innotuerint, teneantur tradere atque consignare locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, qui exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent.

4. Insuper sub pari excommunicationis pœna interdicimus similiter & prohibemus, ne quis in concionibus, catechismis, lectionibus aut aliis ad populum sermonibus prædictum nostrum Decretum in causa memorati Petri Archiepiscopi summa quidem maturitate & justitia editum, ullo tempore vel quovis prætextu impugnare præsumat, vel eidem quomodolibet ausu temerario contraire. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque.

5. Cæterum, ut ipsæ præsentes Litteræ omnibus facilius innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate præfata decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiæ Generalis in monte Citorio, & in Acie campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui, sic vero publicatas omnes & singulos, quos concernunt, perinde afficere & arctare ac si unicuique illorum personaliter intimatæ & notificatæ fuissent: earumdem autem

prae-

1707 4 Ott. præsentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eamdem prorsus fidem tam in judicio quam extra illud ubique locorum haberi, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

6. Demum omnes & singulos, qui in præfatis Fœderatis Provinciis vere Catholicorum nomine censeri volunt & Apostolicæ Sedi communione sociari, atque eos præsertim, qui in sortem Domini vocati spiritu humilitatis, lenitatis, & obedientiæ debent cœteris prælucere, pro paternæ nostræ charitatis debito hortamur, rogamus, atque obsecramus in Domino Jesu, ut depositis simultatibus & partium studiis discant idipsum sapere in Domino, donantes invicem, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut & Christus donavit nobis, ut non blasphemetur nomen Domini, sed unanimes honorificemus Deum, & qui una fide jungimur, unitate spiritus & vinculo pacis invicem copulemur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 4. Octobris 1707. Pontificatus nostri anno septimo. F. Oliverius ec.

XXV.

XXV. 1707. 4. Ott.

Lettera del Cardinale Paolucci al P. Giovanni de Bruyn Superiore de' Missionarj della C. di G. nelle Provincie-Unite (a).

1708. 17. Ap.

1. ADmodum Reverende Pater. Permolesta & plane acerba Sanctissimo Domino Nostro acciderunt quæ Paternitas tua litteris datis 28. Februarii nuper elapsi Suæ Sanctitati significavit, tibi scilicet Sociisque tuis die 18 ejusdem mensis jussu D. D. Hollandiæ Statuum denuntiatum fuisse, ut infra trimestre spatium ab ista Provincia discedere debeatis, plectendi, si secus feceritis tamquam publicæ quietis perturbatores ita tamen ut si infra præfixum tempus dissidia, quæ inter Romano-Catholicas Comunitates vigent, omnino tollantur, ipsos Provinciæ Status adire possitis, & ab iis petere ut vobis liceat isthic diutius immorari; elapso vero præscripto termino, ubi quies restituta non sit, non modo severe in vos animadvertendum, sed omnia insuper templa seu oratoria vestra esse claudenda, nec unquam amplius aperienda.

2. Pro-

(a) *Stor. Tom. II, pag. 28. n. 5.*

1708. 17 Ap. 2. Probe intelligit Sanctitas Sua, ejusmodi procellam excitatam in vos fuisse fraude ac dolo refractariorum, qui, quod ipsi abunde mererentur, exilium vobis plane immerentibus irrogari nituntur. Quamobrem plurimum sane miratur Sanctitas Sua, D. D. Status animum in eosdem refractarios usque adeo propensum gerere, ut nedum ipsos, qui veri sunt dissidiorum auctores ac fomites, coercere minime curent, sed etiam eorum machinationibus abduci se sinant ad ea decernenda, quæ nimium repugnare videntur tum naturali eorumdem Statuum æquitati ac justitiæ, tum peculiari studio, quo Sanctitas Sua quacumque oblata opportunitate de iis, quantum sibi licuit, benemereri conata est.

3. Porro SS. Pater memoria repetens quæ, ut D. D. Statuum desiderio satisfaceret, hucusque gessit, & cum iis conferens agendi modum, quem D. D. Status hactenus adhibuerunt, non ea quidem officiorum vicissitudine, quam ex communi humanitatis ratione sperabat, responsum sibi fuisse magnopere & merito dolet.

4. Primum enim D. Archiepiscopum Sebastenum, justis suadentibus causis, a s. memoriæ Innocentio XII. Sanctitatis suæ prædecessore ad Urbem accitum in Hollandiam remitti benigne permisit, ut D. D. Statubus illius reditum impensissime flagitantibus rem gratam faceret, quamvis ea, de quibus ipse postulabatur, exigerent, ut diutius hic retineretur, vel

etiam

etiam nunquam dimitteretur. Deinde cum in- 1708.
tellexisset, D. Theodorum de Cock Provicarium 17 Ap.
Apostolicum deputatum D. D. Statubus minus acceptum esse, illi officium abrogare nequaquam renuit, ejusque loco suffecit D. Potkamp, quem ipsis Statubus probatissimum fore cognoverat. Postremo Vicarium apostolicum constituit D. Daemen Archiepiscopum Adrianopolitanum, quem nullis partium studio addictum, D. D. Statubus minime suspectum, optimisque moribus ornatum esse, fide dignorum virorum testimonio compererat.

5. His nihilominus & aliis pluribus, quæ eisdem Statubus bene nota sunt, peractis, ad hanc usque diem obtinere nequaquam potuit, sicuti probe nostis, ut eidem Vicario apostolico liberum in Hollandia sui muneris exercitium permitteretur, iisdem nimirum Pontificiæ voluntati obnitentibus refractariis, qui indictum vobis ab ea provincia exilium nuperrime moliti sunt.

6. Cæterum, quæ de dissidiis inter Romano-Catholicas Communitates exortis vobis explicata fuerunt, a veritate prorsus aliena esse censet Sanctitas Sua. Qui enim isthic sunt Romano-Catholici cum Romana Ecclesia usquequaque consentiunt, Apostolicæ Sedi obtemperant, mutuamque inter se ac vere christianam charitatem & pacem servant. Refractarii autem, qui ab eorum communione, debitaque S. Sedi obedientia turpiter defecerunt, falso Catholico-Romani appellantur, cum eos Pontifex Maximus

non

1708 27 Ap. non solum ut excomunicatos & a Romanæ Ecclesiæ unitate disjunctos, sed etiam ut ejusdem Ecclesiæ, Pontificiæque auctoritatis apertos hostes agnoscat, damnet ac detestetur.

7. Hæc omnia cupit Sanctitas Sua, ut a vobis diligenter quamprimum D. D. Statubus exponantur, plane confidens fore ut, qua pollent, singulari æquitate & prudentia utentes vobiscum mitius agant, ac insuper curent, ut factiosorum hominum audacia validis remediis comprimatur. Quod si prævalente ipsorum vi ac potentia secus eveniret, vobisque licet insontibus denuntiata exilii pœna subeunda foret, Sua Sanctitas vos hortatur, ut calamitatem hanc forti constantique animo, sicuti spectata virtus vestra præclare spondet, perferatis, & juxta Evangelicum monitum, si persequentur vos in una provincia, excusso pulvere de pedibus vestris in testimonium supra illos, fugiatis in aliam, memores pro divini Nominis gloria Catholicæque Religionis tutela militantibus non tantum exilia, sed etiam tormenta mortemque ipsam, ubi opus sit, patienter atque alacriter oppetendam esse, Divinaque voce eos præcipue beatos appellari, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

8. Vobis demum Sua Sanctitas, paternæ charitatis testem, Apostolicam Benedictionem amanter impertitur, dum ego hæc ad epistolam. P. T. Pontificio nomine rescribere jussus læta tibi faustaque omnia cum cœlestium do-

no-

norum incremento a Deo precor. Dat. Rom. 27. Apr 1708.

XXVI.

Lettera di Monsignor Gio Battista Bussi Nunzio di Colonia ad alcuni Cattolici d'Olanda (a).

1. DIlectissime in Christo Solicitudo, quam ex debito muneris mihi concrediti gerere debeo præcipue pro animabus Fidelium in Fœderato Belgio degentium, omnino exegisset, ut ad Dominationem Vestram aliosque bonos Catholicos litteras darem monendo, quatenus immaculati ambulaturi in lege Domini abstinerent a communione quorundam Sacerdotum, qui vineam illam Domini devastare non cessant, ut propriis cupiditatibus indulgeant, ac quæsito Laicorum præsidio contra apostolicam Sedem aperte rebellarunt, nullaque habita ratione gravissimarum censurarum, quibus irretiti jam a tanto tempore deprehenduntur, pergunt in sacrilega administratione Sacramentorum, innocentem plebem secum in perditionem deducentes. Distuli tamen hucusque debitum hoc adimplere duabus momentosissimis rationibus cohibitus.

1708 21 De

2. Pri-

(a) Stor. Tom II. p. 34. n. 1.

1708. 21 De. 2. Prima scilicet, ne aliqui minus soliciti de æterna salute a tali mandato prætextum caperent, sanctum Missæ Sacrificium etiam in diebus ab Ecclesia præscriptis omittendi, neglectoque paulatim divino cultu, & sacrorum mysteriorum participatione, in manifestum seductionis periculum inducerentur.

3. Alterum retardationis argumentum fuit spes, qua lactabar, fore ut longanimitate, charitativis consiliis, & quibuscumque condescendentiæ possibilis mediis, quibus indesinenter sum usus cum præcipuis refractariis, possem ipsos in viam salutis amicabiliter reducere: experientia tamen tot annorum edoctus, quod talis via augmentum præbuerit malitiæ, quæ eousque excrevit, ut scandala in dies augeantur per stationum (a) usurpationes, aliorumque excessuum (b), quos numerare æque dolendum ac laboriosum foret, resolvi obligationi per debitam hanc monitionem satisfacere.

4. Hortor itaque, moneo, & obtestor Dominationem vestram, quatenus nullo pacto ad talium Sacerdotum Oratoria accedat, vel cum ipsis in rebus Religionis ullomodo communicet, prospiciens sibi de assistentia spirituali apud Ecclesiasticos morigeros, quos facile dignoscere poterit ex concessione Bullæ Jubilæi per

(a) *Le Parrochie, Vicarie, Capellanie ec.*
(b) *Pare debba leggersi* aliosque excessus.

per nos non ita pridem illis facta. Superfluum 1708
forte esset monere Dom. Vestram, quod in om- 21 De.
nibus istis fraternam ad invicem dilectionem servare in charitate fundati teneamur, ut veri Christi discipuli simus.

5. Satagat igitur Dom. vestra modeste hanc nostram sententiam confratribus suis aperire, abstinendo a jurgiis & calumniationibus, cogitans humana fragilitate, qua omnes laboramus, nos quoque ad pejora proclives esse, nisi Divina gratia sustentaremur: potior hortationis pars in exemplo fundatur.

6. Studeamus igitur viam charitatis & veritatis tenere, ut cum fructu cæteris illam indicemus, cumulatisque ad proxime nasciturum Principem pacis votis in humilitate deprecemur, quatenus lumine claritatis suæ aberrantes illustrare dignetur, ac veram pacem & animarum consensionem in Hollandiæ Missionibus farcire juxta sensum S. R. Ecclesiæ, extra quam non est salus. Diffundat idem nascens Redemptor noster suarum benedictionum cumulum in Dom. Vestram, erga quam pleno inscribor affectu. Coloniæ 21. Decemb. 1708. Tuæ salutis studiosissimus J. B. Archiep. Tarsensis Nuntius Apostolicus.

XXVII.

Lettera del medesimo a Monsignor Arcivescovo di Sebaste (a).

1710 18 No. 1. CHaritas Dei diffusa in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, cumulata me torquet anxietate propter salutem animæ & corporis Reverendissimæ Dominationis Vestræ, quam periculosa ægritudine molestari intellexi. Novum igitur antiquæ æstimationis, & sinceri amoris mei argumentum daturus D. Alexandrum Borgiam, Auditorem meum isthuc ablegare statui, qui Reverendissimam Domin. vestram de constanti observantia mea certiorem reddet, exhibens quæcumque a me præstari in obsequium vestrum possint, rogabitque verbis meis per viscera misericordiæ J. C., ut sublimi, quem gerit, characteri consilium sequens congruum, animam & famam a præsentissimo, in quo versatur, periculo vindicare velit Domin. Vestra Reverendissima, Sanctæ Matri Ecclesiæ, extra quam non est salus, satisfacere ulterius non differendo; quod quidem exemplum multis utile erit, ut salvi fiant.

2. Plura ab eodem Dom. Auditore intelliget Domin. Vestra Reverendissima, illumque opportunis

(a) *Stor. Tom. II. p. 43. n. 3.*

tunis facultatibus munitum, & ad removendas quascumque difficultates promptissimum invenit. Gaudium, quo post tale factum abundabit spiritus Reverendiss Dom. Vestræ, etiam corporis valetudini inserviet. Unum addendum superest, nempe quod studia hæc mea stabunt ante faciem vestram ad Tribunal Christi, & sermo, quem loquutus sum Vobis, ille judicabit vos in novissimo die. Pergo interim efficaciter orare Altissimum pro vera consolatione Reverendiss. Domin. Vestræ, dum perenni inscribor observantia. Coloniæ 28. Nov. 1710. Rev Dom. Vestræ observantissimus famulus J. Baptista Archiepiscopus, Episcopus Anconitanus. 1710. 28 No.

XXVIII

Decreto della Congregazione del S. Officio. (a).

Feria IV. die 14. Januarii 1711.

1. IN Congregatione Generali S. Rom & Universalis Inquisitionis habita in Conventu Sanctæ Mariæ supra Minervam coram Emin & Rever. D. D. S R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a S. Sede apostolica specialiter deputatis. 1710. 30 De.

2. Le-

(a) *Stor. Tom. II. p. 47. n. 8.*

1710. 30 Dec. 2. Lectis litteris Dom. Nuntii Apostolici referentis, Dom. Petrum Coddæum Archiepiscopum Sebastenum in Hollandia gravi morbo detineri, non sine imminenti vitæ periculo, seque ad tollendum, si fieri posset, publicum scandalum, quod ex notoria & diuturna ejusdem Archiepiscopi inobedientia tot decretis Apostolicis exortum crescebat in dies, transmisisse in Hollandiam Alexandrum Borgiam Auditorem suum una cum paternis litteris eumdem ad veram, & Catholico Archiepiscopo dignam resipiscentiam adhortantibus, & nihilominus ipsum in sua contumacia perstitisse, ac propterea petentis ejusdem Sacræ Congregationis mandata, quid sibi agendum esset, quatenus præfatus Archiepiscopus (quod Deus averteret) in eadem damnabili pertinacia moreretur:

3. Eadem Sacra Congregatio, re mature discussa, die 30. Decembris 1710. censuit: Eidem Archiepiscopo, quatenus sine debita pœnitentia discesserit, aut discedat, deneganda esse a Christifidelibus solita suffragia tamquam notorie inobedienti, & refractario Constitutionibus, & Decretis Apostolicis, & privandum esse ecclesiastica sepultura; eaque de re per eumdem Dom. Nuntium Coloniensem admonendos esse omnes Catholicos in Hollandiæ partibus constitutos: quod quidem Decretum,

a R.

(a) *Stor. Tom. II. p. 47. n. 8.*

a R. P. D. Assessore Sancti Officii SS. Dom. Nostro Dom. Clementi divina providentia Papæ XI. eadem die in solita audientia relatum, Sanctitas Sua approbavit & executioni mandari jussit. 1710. 30 Dec.

4. Cum vero postmodum aliis ejusdem Dom. Nuntii, & pluribus aliorum litteris Sacræ Congregationi nuntiatus fuerit infelix ac undequaque deplorabilis ejusdem Archiepiscopi obitus, absque ullo pœnitentiæ de præfata publica inobedientia signo, imo cum repetita novis & enixis supradicti Auditoris adhortationibus repugnantia atque obfirmatione, præsertim in deneganda debita subjectione Decretis Apostolicis, ac subscriptione novissimæ Constitutionis SS. Domini Nostri, quæ incipit = Vineam Domini ec. adversus Jansenianam hæresim: 1711. 14. Jan

5. Eadem Sacra Congregatio die 14. Januarii 1711. re iterum mature discussa, quamvis non sine maximo omnium Eminentissimorum Patrum dolore, censuit supradictum Decretum die 30. Decembris 1710. editum esse exequendum, & per eumdem Dom. Nuntium non tam ad damnandam defuncti memoriam, quam ad aliorum contumacium ac refractariorum exemplum & admonitionem, ut tremendi judicii Dei memores saluti animarum suarum opportune consulant, omnibus per Hollandiam Catholicis significandum esse.

6. Quæ omnia & singula per R. P. D. Assessorem eadem die in solita audientia SS. Domino Nostro relata, Sanctitas Sua, prout idem

R. P. D. Assessor retulit, in omnibus & per omnia benigne approbavit, & executioni demandari jussit - Joseph Bartolus ec.

XXIX.

Istruzione di Monsig. Nunzio di Colonia, a' Confessori cattolici delle Provincie-Unite (a).

1711 13 Gen. 1. JOannes Baptista Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus, Episcopus Anconitanus, ac SS. D. N. D. Clementis divina providentia Papæ XI. Prælatus Domesticus, & Assistens, ejusdemque ac Sanctæ Sedis Apostolicæ ad Tractum Rheni, aliasque inferioris Germaniæ partes cum potestate Legati de Latere Nuntius.

2. Tres classes Sacerdotum refractariorum mandatis Sedis apostolicæ actu in Fœderato Belgio reperiuntur.

3. Prima est eorum, contra quos ob invasionem Stationum nominatim pronuntiata est sententia excomunicationis majoris & per programmata publicata est, puta Matthiæ Torck, & brevi aliorum, nisi resipiscant. Cum talibus nullum est habendum commercium neque in Civilibus neque in Divinis, & qui contra faciunt excomunicationem minorem ipso facto in-

(a) *Stor. Tom. II. pag. 49. n. 1. seg.*

incurrunt. Ulterius cum tales ipso facto privati sint quacumque jurisdictione & facultate Ecclesiastica, qui ab ipsis Sacramenta suscipiunt non solum nulliter, sed etiam sacrilege suscipiunt, ita ut si quis, ex. gr. Mathiæ Torck confiteretur, non solum peccatorum suorum absolutionem non reportaret, sed novo gravissimo sacrilegii crimine innodaretur (idem dic quoad sacrilegium de cæteris Sacramentis): nec bona fides, ignorantia, & similia ullatenus excusant, cum semel excommunicatio fuerit publicata. Quod si quis ignorantia invincibili laborans (quod tamen vix accidere potest, nisi advenis & Peregrinis rerum Hollandicarum plane ignatis) præfato Mathiæ Torck v. g confiteretur, liber utique esset a sacrilegio & incursu excomunicationis minoris, non tamen valide esset absolutus. Ex quibus concluditur, quod qui confessi fuerint refractariis hujus primæ Classis non solum debeant anteactas Confessiones repetere, sed etiam de peccato sacrilegii pœnitere, atque ab eodem, sicut ab excommunicatione, minori absolutionem petere, & matrimonia reiterare; advertendo circa matrimonia, quod qui a talibus copulati sunt, cohabitantes tamquam concubinarii ab Ecclesia teneantur, & anteactorum pœnitere debeant cum reiteratione matrimonii. 1711. 13 Gen.

4. Secunda classis est intrusorum · eorum nempe qui Stationes vacantes invaserunt, nulla habita legitima missione a Nobis, vel alio

su-

1711 13 Gen. superintendentiam Missionum Hollandicarum de mandato SS. D. N. gerente, aut a Reverendissimo per Fœderatum Belgium Vicario apostolico, de quibus quidem Intrusis ambigendum non est, quin ipso facto & absque alia declaratione excommunicationem majorem incurrerint juxta Breve SS. D. N. Clementis XI. Ecclesiam Dei feliciter regentis datum Romæ 7. Aprilis 1703. universis catholicis in partibus Hollandiæ & Provinciarum conterminarum constitutis inscriptum, quamvis contra eos usque nunc sententia excommunicationis nominatim pronuntiata non sit. De iis, qui quomodocumque talis Constitutionis, & censuræ ac mandati nostri de vitandis Intrusis, notitiam habentes Sacramenta a præfatis Intrusis susceperunt vel suscipiunt, dicendum est idem, quod diximus in prima classe refractariorum. Si qui autem hujus rei invincibili ignorantia laborantes ad dictos Intrusos pro Sacramentis accederent, distinctio quædam est facienda: vel Intrusus, quem convenirent, munitus est legitima facultate, quam prævie obtinuerat sine restrictione temporis & loci excipiendi Confessiones in Fœderato Belgio, de qua constet, & tum Confessiones validæ sunt censendæ; si autem de legitima dicta facultate non constet, Confessiones apud Intrusum factæ omnino ad cautelam iterandæ sunt: ubi vero notum sit non adesse præfatas facultates, aut forte ad alium locum & tempus jam effluxum illas li-

mi-

mutatas fuisse, tales Confessiones nullæ sunt & 1744,
simpliciter renovandæ. Distinctio hæc obtinet 13 Gen.
pro Confessionibus: quod vero ad Matrimonia coram Intrusis peracta, semper nulla censenda sunt, ita ut invincibilis ignorantia excuset quidem a sacrilegio, sed non reddat validum matrimonium.

5. Tertia Classis est illorum, qui mandatis Apostolicis refragantur, sed ante inobedientiam legitima facultate muniti Stationes obtinuerunt a Nuntio, Superintendente, vel Vicario apostolico. Ii vitandi propemodum sunt statim ac notitia de illorum inobedientia habeatur. Qui autem hujus rei ignarus & sub bona fide confessus apud ipsos fuerit, non tenetur Confessiones præteritas reiterare: qui vero inobedientiæ & Mandati Apostolici de similibus vitandis conscius apud ipsos confiteatur, a sacrilegio immunis nequaquam est, ex eo quod in re gravi Ecclesiæ mandatum spernat, ideoque non solum Confessiones reiterare, sed sacrilegii absolutionem petere debet.

6. Serio monendi quoque sunt boni Catholici, quod sicuti semper vitare debent Refractarios Sacerdotes, & probos adire, sic cavere debent, ne ex tali rejectione exponant se periculo moriendi sine Sacramentis, ac propterea in proximo mortis periculo constituti, si factis opportunis diligentiis habendi Sacerdotem morigerum, talem habere non possint, uti debent opera cujuscumque Sacerdotis etiam refractarii, cum in tali casu sufficiat character Sacerdotalis

ad

1711. 13 Gen. ad valide impertiendam absolutionem sacramentalem, sine qua nullo modo decedere debent. Ad hæc advertendum quoque, quod pro iis, qui tali necessitate coacti morientur administrati a Sacerdote refractario, privandi non erunt suffragiis. Datum Coloniæ 13. Jan 1711. - J. B. Archiep. Episcop. Ancon. Nunt. Apost.

X X X.

Lettera di Monsig. Nunzio di Colonia ad un Signore cattolico delle Provincie-Unite (a)

1711. 8. Dec. 1. MOnsieur. En reponse de la vôtre du 4. courant je vous dirai en peu de mots, que toutes les allees & venues de deux Deputes des refractaires Steenoven, & Dalenoort n'ont ete qu'en vue de surprendre & tromper l'Eglise. Entre eux & moi il ne s'est point agi de changer le Vicaire, mais de la satisfaction qu'ils doivent donner a l'Eglise sur la doctrine. Ils ont tache en mille manieres, comme il est de la coutume des autres heretiques, de me surprendre, & lors qu'ils ont veu de n'y pouvoir reussir, ils ont avouve franchement [illegible] ne pouvoient croire ce que l'[illegible] ne la-dessus. Ils s'en sont re[illegible]nde, & pour comble d[illegible]s faux bruits, que

2. Si

(a) [illegible] 54. n. 6.

2. Si le bon Dieu avec sa toute-puissance ne change le coeur de ces entêtez dans l'erreur, nous aurons sans doute encor beaucoup de peines a attendre de cette mauvaise Heresie dans les Provinces d'Hollande. J'ai cependant ordonne des prieres publiques pour en demander la grace a Dieu, comme vous pouvez reconnoitre par l'imprimé icy-joint. 1711. 8. Dec.

3. Au reste, Monsieur, je suis fachés de ce qu'il est arrive a l'egard du Prêtre que vous aviez chez vous, & de l'incommodite que vous & toute vôtre famille devez avoir pour frequenter les divins Offices a Rotterdam, mais je ne puis pas condescendre qu'on approche en aucune maniere le refractaire Tybosch. Il faut avoir un peu de patience. Dieu vous tiendra bon compte de toutes ces peines. Si je puis y apporter quelque autre soulagement, je suis prête a le faire de toute maniere. Vous verrez, Monsieur, que le Seigneur vous montrera par sa grande misericorde un chemin assuré pour parvenir a la tranquillité de la Mission de Hollande. Je souhaite a vous & a vôtre Famille tres heureuses les saintes Festes de Noël, & la nouvelle annee remplie de toute sorte de benedictions, pendant que je suis. Cologne 8. Decembre 1711. Votre tres-affectione J. B. Archiepisc Ancon.

XXXI.

Breve di Clemente XI. agli Arcivescovi, e Vescovi delle Fiandre (a).

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis & Episcopis per Belgium constitutis. Clemens PP. XI.

1711 13 Lug. 1. VEnerabiles Fratres salutem ec. Beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ vota Fidelium sunt, pretia peccatorum & patrimonia pauperum, præcipui dispensatores a Domino constituti illud inprimis curandum nobis esse intelligimus, ut viri, quibus ea conferuntur, non solum a quacumque labe & crimine, verum etiam ab omni labis & criminis suspicione procul absint. Cum enim ipsi, sicut & cæteri Ecclesiastici juxta monitum Apostoli in omnibus se præbere debeant exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, & in gravitate, in eos propterea tamquam speculum reliqui oculos conjiciunt, & ex eis sumunt quod imitentur. Quamobrem ad deflectendum a veritatis semita ac errandum facile incitantur, ubi eos deflectere ac errare conspiciunt, quorum vestigia sequi nedum Sacerdotalis Ordinis reverentia, sed ipsa etiam obten-

(a) *Stor. Tom. I. p. 335.*

tentorum proventuum ecclesiasticorum ratio compellit. 1712. 13 Lug.

2. Cum itaque Nobis innotuerit, Ernestum Ruth de Ans, Presbiterum Secularem Leodiensis Diœcesis, enixe contendere ut aliquod Sacerdotium vel Ecclesiastica dignitas in aliqua ex vestris Diœcesibus ipsi deferatur; Nos autem absque pastoralis Officii nota nequaquam assentiri possimus ut ille desiderii sui compos efficiatur: propterea gravibus imo gravissimis adducti rationibus Nobis bene notis, præsentium litterarum vigore eumdem Ernestum ad assequendum quodcumque Ecclesiasticum beneficium prorsus inhabilem & incapacem, ad nostrum & Sedis apostolicæ beneplacitum, declaramus sub nullitate cujuscumque collationis, ac præterea ecclesiasticarum censurarum pœnis, quibus tum præfatum Ernestum, tum etiam quoscumque Collatores eo ipso toties innodari decernimus, quoties hujusmodi expressam nostram declarationem temere violare præsumpserint. Id autem Fraternitatibus Vestris ideo significamus ac denunciamus, ut mentem nostram pro filiali vestro in Nos studio, debitaque huic Sanctæ Sedi obedientia impleri diligenter curetis, Vobisque Venerabiles Fratres Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem &c. die 13. Julii 1712. Pontif. nostri anno 12.

XXXII.

XXXII.

Altro Breve del medesimo al Capitolo, e a' Canonici della Metropolitana di Colonia (a)

Dilectis Filiis Capitulo, & Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ Coloniensis, Clemens P P. XI.

1713. 17 Giu. 1. Dilecti Filii ec Quo propensior omni tempore fuit, & adhuc est paterna charitas erga vos nostra, & quo præclarius de virtute ac filiali vestra in Nos, & in hanc S. Sedem devotione sentimus eo molestius ac plane acerbius nuper audivimus, quod postquam Hieronymus Buck concivis vester libellum quemdam composuit, typisque editum isthic & alibi in vulgus sparsit, quo dilecti Filii Abbatis Alexandri Borgiæ istius Apostolicæ Nunciaturæ administratoris honorem, famam, & auctoritatem fœdissimis contumeliis atque calumniis proscindere ausus fuit, tametsi dilectus etiam Filius Nobilis Vir Carolus a Lotaringia electus Trevirensis S. R. I. Princeps Elector, etiam irrequisitus, eundem libellum ob nefaria probra & maledicta in eo contenta ab universa sua Diœcesi sub gravissimis pœnis pro-

scri-

(a) *Stor. Tom II. p. 44. n. 3.*

scripserit, ac insuper, etsi plures alii Germaniæ Antistites & Principes viri, apud quos 1715. 17 Gen.
præfatus Hieronymus antehac aliquo pretio ac usu erat, criminis indignitate commoti, justoque horrore correpti illius opera deinceps amplius non uti decreverint, vos nihilominus, quos in vindicanda tam insigni injuria apostolico Administro illata cæteris omnibus præire maxime decebat, quamvis a prædicto Abbate Borgia non semel admoniti & requisiti, non modo impudentissimi hominis temeritatem validis remediis coercere, ut par erat, minime curaveritis, verum etiam bina, quæ a Capitulo vestro gerit, munera ab ipso libere exerceri ac administrari passi fueritis, & adhuc pacifice patiamini.

2. Mirati proinde majorem in modum sumus, quod a debita Apostolicæ Sedi, cujus dignitas in Administro tam enormiter læsa fuit, reverentia ac fide, quin etiam a præclaris Majorum vestrorum institutis, qui Pontificiis Administris congruum semper honorem exhibuerunt, & ab aliis exhiberi studuerunt, tam necessario tempore discesseritis. Quamobrem vehementer a vobis petimus, ut gravem hujusmodi omissionem celeri eorum remediorum usu, quæ vobis prudentia vestra suggesserit, sarcire curetis, ac exemplum illorum, quibus anteire debuistis, imitari saltem ac sequi non erubescatis. Quo sane facto & inustam nomini vestro labem abstergetis, & paternam nostram voluntatem arctius etiam vobis conciliabitis.

Quibus interim apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis ec. 17 Jun. 1713.

XXXIII.

Decreto di Monsig. Girolamo Archinti Nunzio di Colonia (*a*).

1716. 17 Ott. 1. Hieronymus Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Tarsensis ec. Dilecto nobis in Christo Jo. Van-Bylevelt Missionario apostolico Hagæ-Comitis in Missionibus Fœderati Belgii salutem in Domino sempiternam.

2. Clementissimo SS. Dom. Nostri mandato satisfacturi, tibi, de cujus prudentia integritate & zelo plurimum in Domino confidimus, per præsentes plenam & amplam subdelegamus facultatem juridice procedendi contra Intrusos Theodorum Croon (*b*) & Guilhelmum Vannaert in respectivas Stationes Gaudæ quondam ab Ignatio Walvis, & Sebastiano Verwel possessas, servata tamen in omnibus Concilii Tridentini forma, cum potestate eosdem etiam per litteras, expressa in iis per præsentes tibi fa-

(a) *Stor. Tom. II. p. 104. n. 3.*

(b) *E' lo stesso, che fu poi Arcivescovo d' Utrecht.*

facultate subdelegata, monendi, citandi (attento quod in illis Provinciis forma judicii integre servari non possit), ac per censuras Ecclesiasticas eosdem coercendi, ut de legitimo Missionis titulo ad prædictas Stationes coram te doceant, aut incunctanter dimittant; sin minus audiant & videant se in censuras & pœnas in decreto S. Congregationis sub die 3. Februarii an. 1703. ad Reverendissimum Dom. de Cock tunc temporis Provicarium expedito, confirmatoque per Breve SS. Dom. Nostri sub die 7. Aprilis sequentis damnabiliter incidisse declarari, cum facultate etiam censuras aggravandi, reaggravandi, & interdicendi, necnon declaratoriales definitive, justitia mediante, relaxandi, cæteraque omnia peragendi. Volumus autem ut Acta tui processus bene legitimata ad nos remittas. Datum Coloniæ 17. Octob. 1716. Pontif. SS Dom. Nostri an. 16. 1716. 17 Oct.

XXXIV.

Breve di Clemente XI. a Gio. Van-Bylevelt (a).

1. Dilecte Fili ec. De cura Christi Fidelium in Hollandiæ, illisque Fœderatarum Provinciarum partibus existentium pro pastorali nostro munere soliciti, ac de tua fide, do- 1717. 2 Oct.

(a) *Stor. Tom. II. p. 101. n. 1*

1717 doctrina, prudentia, charitate, ac catholicæ
2 Ott Religionis zelo plurimum in Domino confisi, teque a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis censuris & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existas, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutum fore censentes, de nonnullorum ex Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super rebus Hollandiæ specialiter deputatorum consilio, Te in eisdem Hollandiæ & Fœderatarum Provinciarum hujusmodi partibus Vicarium Apostolicum cum facultatibus, quæ in aliis nostris in simili forma Brevis litteris continentur, ad nostrum & Sedis apostolicæ beneplacitum, auctoritate Apostolica tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub an. Piscatoris die 2. Octob. 1717. ec.

XXXV.

XXXV.

Lettera del S. Collegio de' Cardinali raccolti in Conclave per la elezione di Benedetto XIII. a Monsig. Gio. Spinelli Internunzio Apostolico a Bruselles (a).

Miseratione divina Episcopi, Presbiteri, & Diaconi S. R. E. Cardinales, Reverende nobis in Christo, salutem in Domino.

1 QUanta nobis in hoc communi Ecclesiæ luctu de Summo Pontifice deligendo solicitis accesserit doloris acerbitas ex turbulentorum hominum temeritate, qui ad res Ecclesiasticas in partibus Hollandiæ novandas, atque ad catholicam simul doctrinam & canonicam disciplinam evertendam conspirarunt, verbis tibi satis explicare non possumus: præsertim cum nova illos scandala moliri, & consecrationem pseudo-Episcopi abs se temere electi contra omnes Apostolicas regulas urgere nunciaveris; ita ut vereri fortasse quis possit, ne imprudentibus rerumque ignaris fucum facientes conceptum facinus exequantur, & Christi Ecclesiæ nova tentent vulnera imponere. 1724. 1 Apr.

2. In tanto itaque animarum periculo, gra-

(a) *Stor. Tom. II. p. 145. n. 3.*

1724 8. Apr. vissimis licet Comitiorum nostrorum curis distenti, facere non possumus, quin vigilantiam tuam multis hactenus argumentis testatam probatamque ad nova diligentiæ experimenta provocemus. Tibi propterea sedulo injungimus, ut Catholicis in Hollandia degentibus in memoriam revoces quæ die 7. Mensis Aprilis anni 1703. S. M. Clemens XI. ad ipsos perscripserat Apostolicis suis litteris, quæ simplicibus ut sibi caverent, & errantibus ut in viam veritatis redirent satis esse debuissent.

3. Intelligant proinde, quam projecta & intoleranda sit paucorum Clericorum audacia, qua ementito, Ultrajectensis Cleri nomine, a cujus antiqua virtute ac laude tam longe absunt, non solum Capituli Cathedralis seu Metropolitani titulum sibi mendaciter præscripserunt, sed etiam, veluti Ecclesiastica jurisdictio sola nominis umbra constaret, alios in aliis Batavię Stationibus Presbiteros ad gerendam animarum curam intruserunt unde deploranda sacrarum rerum & ecclesiastici regiminis perturbatio oborta est.

4. Ignorare ipsi non possunt, laudatum Pontificem, ut tantis malis obviam iret, deputationes ejusmodi Ministrorum nullas jam prorsus & inanes, ad cautelam adhuc ulteriorem irritas ac nullius roboris pronunciasse, diserteque definivisse, nulli alteri, præter Vicarium aut Provicarium ab hac S. Sede constitutum, cujusvis muneris aut officii, sive Vicariatus sive Archipresbiteratus, aut Assessoratus obtentu, facul-

ta-

tatem esse deputandi pastores, aut quoscumque Ministros ad curam animarum atque ad Sacramenta ministranda (a). 1724. 8 Apr

5. Hæc ubi serio perpenderint, te hortante, veros catholicæ Ecclesiæ filios numquam salutem suam ita neglecturos putamus, ut Sacramenta percipere ab ejusmodi Ministris velint, eosque ad æternam vitam duces habere, qui præter pravæ doctrinæ labem, inobedientes aperteque dissidio apostolicæ Sedi contumaces, in arripienda Ecclesiastica jurisdictione curaque animarum suscipienda & demandanda Apostolica decreta & sacrorum scita canonum, positosque a Patribus terminos transgredientes, thesaurizant sibi iram in die iræ, atque in ovile non per ostium, sed aliunde intrantes perdere volunt, mactare, & occidere.

6. Præterea opportunum ducimus finitimos Episcopos de perversis factiosorum consiliis a te etiam fieri certiores, ut ad custodiam intentius advigilent, ne invadant greges suos lupi rapaces, utque Apostolicæ auctoritati obsequentes & sacrorum Canonum regulis inhærentes, exiguam illam octo Clericorum inquietorum manum, eorumque temeritatem rejiciant, qua se in Ecclesiam erigere, hac Sancta Sede invita & reluctante, ausi sunt, & Capitulum Ultrajectinum appellare, tum etiam Decani & Vi-

(a) V. sop. Mon. VII.

1724 Vicarii Capitularis titulos ostentare, ut confi-
8 Apr ctis nominibus audaciam prætexerent, qua dimissorias litteras Clericis concesserunt, & animarum Pastores deputarunt, & qua eo demum processerunt, ut factionis antesignanum Cornelium Steenhoven excomunicationis vinculis sæpius irretitum, Archiepiscopum Ultrajectinum eligerent, datisque ad S. Mem. Innoc. XIII. semel & iterum litteris una cum electionis tabulis, confirmationem electionis postularent, ac simul etiam facultatem, ut Episcopus, quem invenissent, cum duobus Presbiteris posset perperam electi consecrationem perficere.

7. Ad quam insolentiam & illud accessit, quod cum impudentes adeo litteras SS. Pontifex omni responso indignas merito reputaverit, anonimi quidam libelli in vulgus manarint, qui affirmarent apostolica Sede oblatas preces rejiciente, factionem quasi cujusdam necessitatis obtentu compulsam vicinos Episcopos adire, ipsis vero reluctantibus, quemliber Episcopum consecratorem posse adhibere

8. Pastoralem igitur solicitudinem vicinorum Episcoporum, quos officii memores esse non dubitamus, tua etiam opera excites magis & admoneas, ut eosdem Presbiteros pro alienis atque subversis habeant, neque illos ad ullam Ecclesiasticam comunionem admittant, antedictam autem Cornelii Steenhoven electionem, sicut & cæteras Ministrorum deputationes ac dimissorias litteras nullas prorsus esse & irritas agno-

agnoscant, atque ab ordinandis ejusmodi Clericis manus suas fervent innoxias. 1724. 8 Apr

9. Quem autem Episcopum ad consecrationem peragendam adhibere nitantur, omnes etiam isthic rescire interest, ut arrogantia eorumdem & præpostera consilia amplius elucescant Dominicum scilicet Mariam Varler ex peculiari primo Sedis Apostolicæ gratia Episcopum Babylonensem renunciatum, justis postea de causis, etiam pravæ doctrinæ & fidei suspicionem inducentibus, antequam Episcopatus possessionem caperet, non sine contumacia insuper interveniente, ab exercitio Ordinis apostolica auctoritate suspensum, qui post sententiam sibi legitime denunciatam, quod suis ipsemet litteris datis ad S. Congregationem de propaganda Fide sub die 19 Martii anni 1722 aperte fassus est, suspensionis, irregularitatis, atque excomunicationis censuras parvipendens Pontificalia sæpius exercere ausus est.

10. Ex hisce nimirum lapidibus offensionis & scandali sibi domum confusionis contra templum Domini ædificare contendunt. Hæc igitur ob oculos Catholicorum ponas, ut saluti suæ certius prospicere valeant, atque sanctæ hujus Romanæ Ecclesiæ de æterna ipsorum vita indefessam curam maternamque solicitudinem attendentes non sequantur alienos, neque a firmitate petræ se dimoveri patiantur.

11. Porro supradicta omnia & singula præfatus S. Mem. Innoc. XIII. non modo diu secum animo reputaverat, verum etiam auditis plurium

1724 rium Reverendissimorum Fratrum nostrorum
8 Apr. consiliis, mentem suam jam desuper aperuerat, Litterasque Apostolicas in forma Brevis, ut moris est, expediri mandaverat. Nos vero Pontificiæ mentis bene conscii, ne interim vacante Sede Apostolica, improborum hominum nequitia, aliquod inopinatum contra canonicas sanctiones, & ecclesiasticis rebus quidquam detrimenti oriri contingat, tibi, qui ejusdem S. Sedis administri munus geris præfata significanda esse duximus, ut pro tua prudentia his opportune utaris prout in Domino expedire judicaveris. Datum Romæ e Conclavi Apostolico in Congregatione nostra sub sigillis trium nostrum in ordine Deputatorum. Die 8 Aprilis 1724. Apostolica Sede vacante - Dominicus Rivera Sac. Colleg. Secretarius.

XXXVI.

XXXVI.

Lettera di Monsig. Spinelli Internunzio di Brusselles a' Cattolici delle Provincie-Unite (a).

1. JOseph Spinelli Abbas S. Catharinæ in Bel- 1724.
gio ac Burgundiæ Comitatu cum facul- 4 Mag.
tatibus Nuntii Internuntius Apostolicus, ac ad Regimen Missionum Hollandicarum a S. Sede specialiter deputatus, universis Catholicis in Fæderato Belgio commorantibus, & in S. Sedis Apostolicæ obedientia & communione degentibus salutem in Domino sempiternam.

2. Summi Pontifices, qui pro sua divinitus tributa potestate ac charitate universarum Ecclesiarum curam complectuntur, eas præcipue singulari fovent studio, majoribusque beneficiis prosequuntur, quæ Apostolico eorum patrocinio paternaque vigilantia magis indigere videntur. Has inter principem vos quidem locum semper tenuisse probe scitis, quandoquidem ex quo vestris pastoribus, temporum conditione, destituti fuistis saluberrimis vos pabulis nutrire, muneris officiique sui Vicarios vobis regendis ac in catholica fide confirmandis constituere non destiterunt.

3. Hinc

(a) *Stor. Tom. II. p. 148. n. 6.*

1724. 3. Hinc sapientissimo Romanorum Pontifi-
4. Mag. cum consilio factum est, quod Fœderati Belgii Ecclesiæ tot annis mutua inter se concordia & pace floruerint, & pietate ac sanctitate primorum Ecclesiæ sæculorum imaginem præsetulerint, adeo ut majores vestri de tot immensis Apostolicæ Sedis meritis ac beneficiis immortales eidem gratias agerent, magnæque sibi gloriæ atque utilitati esse ducerent, quod pro amissis Episcopis Summos ipsos Pontifices animarum suarum Pastores, optimosque Patres accepissent.

4. Hic florentissimus erat Ecclesiarum vestrarum status, cum inimicus homo tanto bono invidens zizania in tam abundanti messe seminare, agrumque dominicum noxiis venenatisque herbis corrumpere satagit. Intelligere bene poteritis, quanto Romanis Pontificibus dolori fuerit, dum ea nuncia acceperunt, non siccis enim oculis aspicere poterant dilectissimum sibi populum, qui in Romanæ fidei puritate & constantia tamdiu permanserat, novis temporum opinionibus a S. Sede damnatis, ac ab universa Ecclesia proscriptis imbui, atque a Catholicæ Ecclesiæ fide divelli: quare plurimum laborarunt ac contenderunt, ut nascentium inter vos errorum morbo protinus mederentur, ne radices altius ageret, ac medicinali vindictâ & charitatis severitate omnem operam diligentiamque adhibuerunt, ne modicum fermentum totam massam corrumperet.

5. Ii autem, qui aures novitatibus primum præbuerant, a Summis Pontificibus derecti,

coactique quam sæpissime, ut Fidei suæ professionem ederent, seque ab erroribus, de quibus accusabantur, purgarent, nedum adduci numquam potuerunt, ut Romanam Fidem & Apostolicas constitutiones sincere profiterentur, verum ut suam pervicaciam melius tegerent, vobisque omnibus tutius illuderent, jura titulosque ementientes somniumque, quod patres eorum numquam somniarunt, somniantes, universas Ecclesias vestras sibi subjicere, ac iisdem potiri moliti sunt = agrum non suum demetentes, & vineam ejus, quam vi oppresserunt, vindemiantes =. Sibi enim blandiebantur, hac ratione a necessaria & justa Summorum Pontificum animadversione se melius tegendos, commodiusque sibi futurum damnatarum doctrinarum venenum per totas Ecclesias vestras spargere. 1714. 4. Mag.

6 Sacrilegos nefariosque illos ausus impunitos S. Sedes non reliquit. In memoriam enim revocare potestis, quæ in illos lata fuerint decreta: at ipsi audaciores effecti, crimina criminibus addendo, exinde nil aliud egerunt quam Romanorum Pontificum famam qua concionibus ad populum, qua libellis in vulgus sparsis proscindere, tantoque in Apostolicam Sedem furore debacchati sunt, ut ab Heterodoxis pejus expectare non possemus = Nec timent Deum (ut Amolonis ad Gothescalcum verbis utar), quod in tales & tantos Diaboli laqueos per variam instabilitatem mentis & corporis, & variorem curiositatem atque arrogantiam inciderunt: nec erubescunt, quod in tot erroribus & men-

1714. mendaciis ab omnibus ubique deprehenduntur
4 Mag & confutantur· nec dolent, quod ecce tot annis a corpore Ecclesiæ justæ severitatis damnatione precibus; atque omni bonorum contubernio & solatio fraudati remanserunt =.

7. Illos interea paterna sua charitate & patientia, ut ad Romanam Sedem & Petri Fidem, a qua multiplici pervicacia se se elongaverunt, redirent, Romani Pontifices, quamsæpissime hortari non destiterunt: at ea tenta patientiæ media non modo non profuerunt; verum illi in peccatis suis insordescentes ultra pergere non dubitarunt, ac postremo fractis ecclesiasticæ disciplinæ ac Apostolicarum Constitutionum cancellis Cornelium Steenhoven Sacerdotem, inaudito antea ab omnibus more, Episcopum sibi eligere ausi sunt.

8. En quo homines ducit vesana libido ut Apostolicæ Sedis jugum semel excusserint, in apertum nimirum schisma prorumpere! Intolerabilem hanc illorum hominum audaciam severissimo certe judicio defunctus Summus Pontifex condemnasset, ni morte correptus id justum temeritatis judicium cœteris reliquisset.

9. Sacrum ergo S. R. E. Cardinalium Collegium, ad quod Summi Pontificis obitu tota causa devoluta est, hæc intelligens inhorruit, verensque ne turbulenti illi homines, hac Romanæ Ecclesiæ viduitate, facinus suum executioni mandare auderent, Litteris suis, quas integras vobis communicare volumus, defuncti Pontificis de execrabili illa Episcopi electio-

ctione mentem, suamque de audacissima illorum hominum petulantia sententiam vobis omnibus per nos patefaciendam mandavit. 1724. 4. Maj

10. Vos igitur, pars Dominici gregis Summis Pontificibus dilectissima, cavete ne ab iis seducamini, de vestra enim agitur aeterna salute. Majores vestri tanta animi firmitate laborarunt, ut vos in S. Romanae Sedis obedientia ac fide servarent, vos autem justam Patrum vestrorum conceptam de vobis spem, forti ac laudabili Apostolicarum Constitutionum defensione suscepta, confirmare debetis. Fidei depositum, certam Patrum vestrorum haereditatem, pro qua tam viriliter pugnarunt, diligentissime custodite, idque ab alienorum insidiis vindicate. Arguite illos ac in Domino exhortamini, ut tandem ad veritatis agnitionem perveniant, atque ad Romanam Ecclesiam, a qua tot annos luctuosa secessione avulsi sunt, priusquam magni judicii dies veniat, regrediantur. Vobis interea ab omnipotenti Deo fidem, gratiam, & pacem ex animo peropto. Datum Bruxellis 4. Maii 1724.

XXXVII.

XXXVII.

Breve di Benedetto XIII. a'Cattolici delle Provincie Unite (a)

Dilectis Filiis universis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus Benedictus P. P. XIII.

1725 21. Fe. 1. DIlecti Filii ec. Qua sollicitudine ad animarum vestrarum salutem haec Sancta Sedes advigilet, quove studio curet & nitatur, ut adversus insidias diaboli nulla vobis desint sanae doctrinae, salutaris disciplinae, & vigilantiae pastoralis praesidia, jam assiduis hactenus argumentis exploratum vobis esse non dubitamus. Haec ipsa tamen doloris acerbitas, qua gemitus nostros ad vos deferre, mœroris causas iteratis quaestubus replicare, & recentibus scandalis obviam ire compellimur, novum Vobis nec obscurum esse debet paternae nostrae charitatis testimonium.

2. Nostis autem, dilecti Filii, quibus artibus pravae doctrinæ semina spargere molientes dissensionis Filii, non solum Catholico nomine, sed pastoralium etiam munerum inducta larva, & confictis ecclesiastici Ministerii titulis abutentes, ad animarum curam & Sacramenta admini-

(a) *Stor. Tom. II. p. 175. n. 5.*

ministranda obrepere aut irrumpere tentaverint. 1725 21 Fe.
Sed superbia eorum, quæ ascendit semper, eo demum temeritatis evasit, ut postquam a septem Clericis, qui Canonicorum nomen jactabant Ultrajectini Capituli, quod jam ante annos ab hinc plures supra centum intercidit, perperam ac temere facta esset die 27. mensis Aprilis an. 1723. electio Cornelii Steenhoven turbulentæ factionis antesignani, & ecclesiasticis censuris obstricti in Archiepiscopum Ultrajectinum, quamquam ab hac S. Sede rejectam ejusmodi electionem certo & palam rescivissent, curarunt tamen atque effecerunt, ut eidem Cornelio die 15. mensis Octobris anno 1724., Apostolica auctoritate & sacrorum Canonum contemptis regulis, per detestabilem ac sacrilegam manuum impositionem Episcopalis consecrationis munus traderetur.

3. Ne autem factiosorum conatus ulla pravitate vacarent, consecratio peracta est a Dominico Maria Varlet Episcopo Babylonensi jam ab exercitio Episcopalis Ordinis suspenso, ejus suspensione per litteras Sacri Cardinalium Collegii apud vos typis impressas publice denunciata, sed ad hæc inde etiam cumulus perversitatis accessit, quod memoratus Episcopus Babylonensis, minime assistentibus ex præscripto sacrorum Canonum duobus aliis Episcopis, nullaque Apostolica dispensatione suffultus, solus antedictum Cornelium consecrare ausus fuerit.

4. Ut igitur pro nostræ servitutis officio opportuna remedia tantis scandalis adhibeamus,

1725 21 Fe auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus & declaramus, tam electionem ejusdem Cornelii in Archiepiscopum Ultrajectinum fuisse irritam ac prorsus nullam, quam ejus consecrationem fuisse omnino illicitam & execrandam, ac proinde ipsum temere nulloque jure electum Cornelium omni ecclesiastica & spirituali jurisdictione pro animarum regimine carere, atque illicite consecratum ab omni exercitio Episcopalis Ordinis esse suspensum.

5. Mandamus propterea, districteque interdicimus memorato Cornelio sub pœna excomunicationis ipso facto sine alia declaratione incurrendæ, ne audeat Pastores, Missionarios, Ministros, aut alios, quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam & Sacramentorum administrationem quovis etiam necessitatis praetextu constituere ac deputare. Simul etiam palam edicimus & declaramus, omnes & singulas praedictorum officiorum deputationes pro animarum regimine quocumque nomine factas aut forsasse faciendas cum omnibus inde secutis prorsus irritas esse ac nullius roboris & momenti. Rursus eidem Cornelio praecipimus & inhibemus, ne sub simili excomunicationis pœna audeat ille Sacramentum Confirmationis, aut ordines conferre, aut quoquo pacto Ordinem Episcopalem, a quo suspensus est, exercere

6. Vobis autem, dilecti Filii, graviter injungimus ac vetamus, ne antedictum Cornelium pro vero Archiepiscopo Ultrajectino habeatis & agnoscatis, neve cum eodem ullo pacto, praefer-

sertim in divinis, communicetis, aut ab ipso vel ab aliis per ipsum perperam & inaniter deputatis Sacramenta aut ordines accipiatis. Noverit enim qui Ordinibus initiatus ab ipsis fuerit suspensionis se vinculo constrictum, atque irregularitati praeterea obnoxium, si susceptos ordines exercuerit. 1725 21. Fe

7. Reliquum est, ut paternis curis nostris filialis obedientiae fideique vestrae officia respondeant. Nullum enim jucundius dolori nostro solatium afferri potest quam ut intelligamus, vos caute ambulantes non vocem alienorum audire, sed pastorem sequi & domum aedificare supra firmam petram. Ac vobis, dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, quam cœlestis praesidii pignus atque adversus potestates tenebrarum arma & scutum esse optamus, peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 21. Febr. 1725 Pontif. nostri an. 1.

XXXVIII.

Altro Breve del medesimo a' medesimi (a).

1715 23 Ag. 1. Dilecti Filii ec. Novis isthic in dies per paucorum Clericorum contumaciam erumpentibus scandalis, novisque saluti vestrae intentatis periculis, iterum ad vos paterni doloris & solicitudinis voces gemitusque convertimus, ne remissior ad custodiendum gregem esse videatur vigilantia Pastoris, quam diabolica malignitas ad perdendum. Eo autem acriori sensu acerbitatis ruinam cœcitatemque factiosorum deflemus ac detestamur, quo pugnacius pergunt non modo Apostolicis, sed divinis etiam animadversionibus obluctari.

2. Non enim vos latet quidquid ad evertenda & emendanda perversitatis exempla contra sanam doctrinam disciplinamque canonicam isthic suborta ediximus ac gessimus, irritam praesertim electionem & sacrilegam consecrationem Cornelii Steenhoven declarantes ac rejicientes, eumque Ecclesiasticis censuris per datas die 21. mensis Februarii proxime elapsi in forma Brevis litteras ab omni jurisdictione arripienda & Pontificalibus exercendis prohibentes ac deterrentes.

3. Fr

(a) *Stor. Tom. II. p. 215. n. 6.*

3. Filiis tamen dissensionis obturantibus aures suas, Deus terribilis & fortis, quem illi per Nos licet immeritos loquentem audire noluerunt, & quem spreta nostra auctoritate spreverunt, extendit manum suam, ut errantes per ostensionem virtutis suae a viis pessimis revocaret. Nam litteris nostris die 17. mensis Martii apud vos evulgatis, cum idem Cornelius in sua pervicacia obfirmatus sacrilega manu Sacramentum Confirmationis palam administrare, Ordinesque conferre non formidasset, lethali morbo correptus brevique consumptus ad tremendum Christi judicium, reddendamque tot malorum turbarumque rationem die 3. mensis Aprili evocatus est. 1715. 23 Ag.

4. Eo quidem metu concussos damnatae factionis Clericos ad cor redituros sperabamus; cum praesertim anni spatio nondum exacto, tam antedictus Cornelius quam Presbiter Jacobus Kras, qui vehementior prae cœteris auctor fuerat sacrilegae consecrationis, & Laicus Donkers, in cujus aedibus illa peracta erat, nullo edito salutaris pœnitentiae signo, in eorum vere damnabili inobedientia mortem obiissent.

5. Sed pœnalis illorum cœcitas conceptam a Nobis fiduciam elusit, & Domino etiam visitante in virga iniquitates eorum, apposuetunt adhuc peccare ei. Etenim (quod non sine intimo paterni cordis dolore nuper accepimus) iidem incredulitatis filii, a tot vere ortodoxis Nobisque & S Romanae Ecclesiae in unitate Fidei per Fœderatum Belgium obsequentibus

diffidentes, Lugduni Batavorum convenerant,
1725. 23. Ag. atque inani Canonicorum Ultrajectinorum titulo temere assumpto, die 16 ejusdem mensis Aprilis Clericum suarum partium, suaeque pertinaciae consortem Cornelium Barkman Archiepiscopum Ultrajectinum pari temeritate concilii ac judicii perversitate eligere non erubuerunt.

6. Nos proinde adversus iteratam praeposterae invalidaeque electionis audaciam Apostolicae auctoritatis officium renovantes, quemadmodum per superiores ad vos litteras nostras electionem antedicti pseudo-Episcopi Cornelii Steenhoven rejecimus, ita novam quoque electionem memorati Barckman eadem auctoritate Apostolica rejicimus, irritamque ac prorsus nullam fuisse & esse declaramus, eidemque perperam ac temere electo sub poena excomunicationis latae sententiae interdicimus, ne a quocumque Episcopo etiamsi alias legitima auctoritate suffulto Ordinem seu consecrationem Episcopalem suscipere, neve ullo modo se pro Episcopo gerere, aut Ultrajectensis vel alterius cujusvis cathedralis Ecclesiae antistitis titulo nominare praesumat.

7. Atque insuper sub simili excomunicationis poena eidem inhibemus, ne jurisdictionem ullam, proque animarum regimine auctoritatem facultatemque sibi arroget, aut pro suscipiendis ordinibus dimissorias litteras dare, aut Pastores ac Missionarios pro Sacramentis administrandis gerendaque animarum cura deputare & constitue-

tuere audeat, quas nos litteras & deputationes, si quae datae factaeque sint, aut imposterum dari fierique contingat, nullas & inanes esse ac fore decernimus. 1725. 23 Aug.

8. Praeterea Venerabiles Fratres Archiepiscopos & Episcopos universos, aliosque Ecclesiarum Superiores Praelatos quoscumque serio admonemus, iisque sub canonicis poenis gravissime interdicimus, ne eidem Barckman ad Episcopalem consecrationem sacrilegas manus imponant.

9. Vobis denique, dilecti Filii, praecipimus & mandamus, ne ulla ratione pseudo-electum ejusmodi pro vero Archiepiscopo & animarum pastore habeatis, quem potius ut alienum declinare, & tamquam huic S. Sedi contumacem & sacris Canonibus mandatisque Apostolicis refragantem aversari, & vitare debetis.

10. Paternis interea nostris monitis ac praeceptis vos ultro & alacriter audituros esse confidimus, cum animarum vestrarum pericula, quae nos discruciant, nulli debeant quam vobis majorem curam & solicitudinem afferre. Deum autem rogantes, ut respiciat de coelo & visitet vineam istam, atque operarios iniquitatis, qui eam demoliri contendunt, compescat & arceat, vobis dilecti Filii Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 23. Augusti 1725. Pontif. nostri an. 2.

XXXIX.

Nuovo Breve del medesimo a' medesimi (a).

1719. 6. Dec. 1. Dilecti Filii ec. Ut animarum vestrarum saluti & tranquillitati consuleret, atque ecclesiasticam apud vos concordiam unitatemque per paucos Ultrajectinos Clericos, nec Apostolicae auctoritati nec veritati acquiescentes, perturbatam atque discissam restitueret ac resarciret haec S. Sedes, fusis ad Deum precibus & lacrimis, cunctisque benignitatis, patientiae, & doctrinae experimentis, quod confractum erat alligare semper curavit, & quod perierat quaerere numquam omisit.

2. Sed dissensionis filii solicitudinem amantissimae Matris sua pervicacia repellentes, omnia medicinae salutaris providaeque curationis remedia in suam ipsorum perniciem converterunt; & inde graviora ediderunt perversitatis exempla, unde a viis suis pessimis recedentes emendare per poenitentiam, quae peccaverant, debuissent. Paternis siquidem vocibus felicis recordationis Clementis Papae XI. Praedecessoris nostri obturantes aures suas, nullo jure tituloque suffulti, non solum animarum curam te-

(a) *Stor. Tom. II. p. 233. n. 10.*

temerè arripere ac demandare perrexerunt, sed 1725. 6 Dec.
eo etiam progressi sunt, ut Cornelium Steenhoven eligerent Ultrajectinum falsi nominis Archiepiscopum. Deinde vero cum fel. rec. itidem record. Praedecessor noster Innocentius Papa XIII. eorum audaciam aversatus praeposteram electionem promulgata sententia rejicere paraffet; sacrum autem Cardinalium Collegium, vacante ob intervenientem ejus obitum hac S. Sede, per litteras ad Bruxellensem Internuntium (a), quae idem Praedecessor noster constituerat, pro sui ministerii officio perfecisset, eosque a nefariis coeptis revocatum iri sperasset, nullo salutari metu coerceri potuerunt, quominus pseudo-Episcopo per execrabilem sacrorum Canonum contemtum sacrilegas manus imponi curarent, & suscepto facinori cumulum temeritatis adjicerent.

3. Novis rursus hisce malis idonea Apostolicae auctoritatis remedia non defuerunt. Litteras enim ad vos dedimus die XXI. mensis Februarii vergentis anni, quibus electionem omnino nullam, eamque consecrationem sacrilegam declaravimus, ac detestati sumus, Christique Fidelium scandala, Ecclesiae detrimenta, divinamque indignationem ob oculos ipsis ponere non praetermisimus, eo majorem in spem ingressi quod brevi antedictum Cornelium nostra

(a) V. Mon. XXXV.

1725 6. Dec ſtra judicia palam parvipendentem Deus ultionum Dominus perditarum ovium rationem repetiturus morte multaſſet. Sed illos pœnali cœcitate de malis in mala ruentas ad novam deveniſſe reſcivimus electionem prorſus nullam & irritam, ac ſubinde ad ſacrilegam itidem conſecrationem Cornelii Jo Barckman ſuarum partium Presbiteri, cui inanem Archiepiſcopi Ultrajectini larvam impoſuerunt.

4. Pacis itaque conſilia reſpuentes, & ſua pravitate præſidia ſalutis in venena vertentes, quibus ultra charitatis argumentis alliciamus, aut animadverſionibus excitemus? Inſanabilem plane eſſe fracturam eorum ingemiſcentes agnoſcimus, atque id demum Nobis ſupereſſe, ut Catholicæ Matris ſinum dilacerare molientes, Apoſtolica judicia ſuperbe oppugnantes, atque huic Sanctæ Sedi contumaci inobedientia apertaque defectione rebelles, cum ipſos ad ſanam mentem reducere non poſſimus, ſaltem a lædendis aliis repellamus.

5. In dolore igitur cordis noſtri, quod Apoſtolicæ ſervituti & canonicæ providentiæ ratio a Nobis poſtulat, non ſolum electionem memorati Cornelii Jo Barckman inanem & omnino nullam, ejuſque conſecrationem ſacrilegam declaramus, rejicimus, ac deteſtamur; ſed & ipſum Cornelium Joannem, & qui eum ementito Canonicorum Ultrajectenſium nomine elegerunt Clerici, & qui ſacrilegæ conſecrationi operam commodarunt, & quicumque iiſdem adhæſerint, eorumque partes ſecuti opem favo-

favorem auxilium aut consensum praebuerint, 1725. 6. Dec.
auctoritate omnipotentis Dei excommunicamus,
& anathematizamus, quam ab Ecclesiæ communione segregatos & prorsus Schismaticos habendos & vitandos esse declaramus edicimus & mandamus.

6. Hæc quidem vobis, dilecti Filii, ex Apostolatus quidem officio, sed in amaritudine animæ tam sollicite graviterque denunciamus atque præscribimus, quam anxie paterneque salutem vestram quærimus & curamus. Quæ vos ea constantia studioque servaturos confidimus, quo debetis ad evitanda æternæ mortis pericula vigilare, Diabolo insidianti resistere fortes in fide, atque in Cathedra unitatis doctrinæque veritatis consistere. Ac vobis, dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S Petrum ec. die 6. Decemb. 1725. ec.

XL.

Breve di Clemente XII. a' medesimi (a).

1. Dilecti Filii ec. Inter gravissimas Apostolatus nostri curas, quibus de aeterna omnium animarum salute solicita die ac nocte urge- 1735. 17. Fe.

(a) *Stor. Tom. II. p. 190. n. 8.*

1735. urgemur, ut salutaria ubique remedia adhibeamus, nulla sane paternum animum nostrum urit acrior ea, qua opportune rationibus vestris potissimum consulturi, nostros gemitus ferventioribus precibus conjunctos ad Omnipotentem Deum deferre quotidie cogimur, ut vos adversus omnes diaboli insidias & errores in sinceritate Fidei & sanæ doctrinæ fortitudine magis magisque confirmet. Etsi autem non ambigimus quin quæcumque a potestatibus tenebrarum intentata vobis cedant ad constantiæ vestræ experimentum & vere virtutis laudem, tamen impositi Nobis ministerii memores, ne quas Pontificiæ vigilantiæ nostræ partes a vobis desiderari patiamur, quæ a vobis fugienda quæque præstanda sunt ob oculos vestros profusis potius lacrimis quam verbis exponimus.

17. Fe.

2. Non sine ingenti cordis nostri mœrore excepimus a nonnullis falsum Canonicorum Ultrajectini Capituli (quod jam ante annos abhinc supra centum intercidit) nomen audacter jactantibus die 22. Julii an. 1733 Theodorum Vander-Croon turbulentæ eorumdem factionis antesignanum in Ultrajectinum Archiepiscopum electum esse. Quamquam autem ipsis satis exploratum compertumque esset electionem hujusmodi temere ac perperam factam, ab hac S. Sede, aliis eodem pacto habitis jam damnatis, fore penitus rejiciendam, curarunt tamen atque effecerunt, ut idem Theodorus inani Archiepiscopi larva inducta in Apostolicæ auctoritatis & sacrorum Canonum contemptum per detestabilem

bilem & sacrilegam manuum impositionem Episcopalis consecrationis munere die 28. Octobris 1734. insigniretur per Dominicum Mariam Varlet Episcopum Babylonensem ab exercitio Episcopalis Ordinis Apostolica auctoritate jamdiu suspensum, atque denunciatum. 1735. 17. Feb.

3. Itaque ut pro nostræ pastoralis sollicitudinis ac servitutis officio & certa vobis sint mentis nostræ ac veritatis documenta, & præstantissimis remedus huic tam pernicioso malo ac tot scandalis subveniamus, laudatissimis Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, qui præclaram iis extirpandis & eliminandis operam impenderunt, vestigiis inhærentes auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus & declaramus, tam electionem ejusdem Theodori Vander-Croon in Archiepiscopum Ultrajectinum fuisse irritam ac prorsus nullam, quam ejus consecrationem fuisse omnino illicitam & execrandam, ac proinde ipsum temere nulloque jure electum Theodorum omni Ecclesiastica & spirituali jurisdictione pro animarum regimine carere, atque illicite consecratum ab omni exercitio Episcopalis Ordinis esse suspensum.

4. Præterea eumdem Theodorum, & qui eum emenito Canonicorum Ultrajectensium nomine elegerunt, & qui sacrilegæ consecrationi operam commodarunt, & quicumque iis adhæserint, eorumque partes secuti opem, favorem, auxilium, aut consensum præbuerint, auctoritate Omnipotentis Dei excommunicamus & ana-

1735. nathematizamus, atque ab Ecclesiæ communio-
17 Feb. ne segregatos, & prorsus schismaticos habendos, & vitandos esse declaramus, volumus, & edicimus.

5. Mandamus propterea, districteque interdicimus memorato Theodoro, sub pœna excomunicationis ipso facto sine alia declaratione incurrendæ, ne audeat jurisdictionem ullam aut pro animarum regimine auctoritatem sibi arrogare, vel pro suscipiendis ordinibus dimissorias litteras dare, Pastores, Missionarios, Ministros, Deservitores, aut alios, quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam & Sacramentorum administrationem quovis etiam necessitatis prætextu constituere ac deputare. Simul etiam palam edicimus & declaramus omnes & singulas antedictorum Officiorum deputationes pro animarum regimine quocumque nomine jam factas aut fortasse faciendas cum omnibus inde secutis prorsus irritas esse ac nullius roboris & momenti. Rursus eidem Theodoro præcipimus & inhibemus, ne sub simili excomunicationis pœna audeat illicite Sacramentum Confirmationis aut ordines conferre, aut quoquo pacto Ordinem Episcopalem, a quo suspensus est, exercere.

6. Vobis autem, dilecti Filii, & quibuscumque aliis etiam Episcopali vel Archiepiscopali dignitate fulgentibus graviter injungimus ac vetamus, ne antedictum Theodorum pro vero Archiepiscopo Ultrajectino habeatis & agnoscatis, neve cum eodem ullo pacto præsertim

in

in divinis communicetis, aut ab ipso vel ab alis per ipsum perperam deputatis Sacramenta aut Ordines accipere, aut ullo modo parere audeatis: imo ipsum & ipsos tamquam alienos, Sanctæ Sedi contumaces, mandatisque Apostolicis refragantes aversari & vitare præcipimus. Qui vero ab ipso fuerit Ordinibus initiatus, noverit suspensionis vinculo se constrictum, atque Irregularitati præterea obnoxium, si susceptos Ordines exercuerit. 1735. 17 Feb.

7. Denique, dilecti Filii, quos quanta & quam singulari planeque paterna charitate complectamur testis est Deus, cum in amaritudine animæ nostræ pro vobis effundimus cor nostrum, hæc vobis pro Apostolatus nostri onere tam solicite graviterque denunciantes atque perscribentes hortamur in Domino, ut eadem constantia & studio, quo ad vitanda æternæ vitæ pericula vigilare & Diabolo insidianti resistere debetis, alacres fortesque in fide, & in Cathedra unitatis permanere enitamini, illud scientes nullum nostro quidem jucundius dolori solatium, vestræ vero securitati præsentius præsidium, quam ut debitum perpetuumque nostris Apostolicisque mandatis filialis observantiae, obedientiaeque vestrae officium exhibere pergatis. Ac Vobis, dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae ec. die 17. Febr. 1735.

XLI.

X L I.

Altro Breve del medesimo a' medesimi (a).

1739. 6. Oct. 1. Magna nos pro supremi pastoralis officii munere tenet sollicitudo & salutaris metus, ne in commissum tenuitati nostrae Dominici gregis ovile intrent in vestimentis ovium lupi rapaces, edantque stragem eo majorem, quo subdole & incautius illatam. Qua quidem sollicitudine vehementius angimur, & conflictamur, cum vos isthic vocati in sortem Domini ante oculos nostros observamini undique ab iis circumventi, qui vobiscum veluti in eadem familia degentes animos vestros non solum veneno depravatæ doctrinæ dolose inficere, verum & inaniter Archiepiscopo sibi constituto per speciem adumbratæ hujus dignitatis in fraudem inducere connituntur.

2. Quamquam enim experti didicimus, fidem vestram, tamquam aurum igne probatum, puram illibatamque manere, vobisque esse persuasum, quidquid est Ecclesiasticæ Hierarchiae, nonnisi in angulari lapide atque in Apostolicae Petrae soliditate fundatum erigi ac stare posse; tamen ut pro paterna charitate, qua vos amantissime complectimur, longius a vo-

(a) *Tom. II. p. 312. n. 2.*

vobis instructae fraudis periculum amoveamus, 1739.
ac diligentius aeternae saluti vestrae cautum 6 Oct.
sit, Apostolici Ministerii nostri esse duximus
vos edocere, quid a Nobis, ut haec paucorum
perduellium inverecunda protervitas prorsus
profligetur, actum fuerit, & quid a vobis,
ut eam fugiatis ac detestemini, praestari
debeat.

3. Igitur ubi molestissimus nuntius ad Nos pervenit, aliquos factiosos clericos, qui se stulte atque insolenter jactant Canonicos Ultrajectensis Capituli ab annis supra centum extincti, eo temeritatis devenisse, ut sceleri quotidie magis addentes, & veterem seditionem recenti crimine cumulantes, ausi fuerint die 2. proxime praeteriti mensis Julii in Ultrajectensem pseudo-Archiepiscopum nefarie eligere quemdam Petrum Joannem Meindars Pastorem, ut ajunt, Leowardiae, quamquam aperte scirent istiusmodi execrabile facinus, ab ipsis non semel antea patratum ab Apostolica Sede nefandum, irritum, inane declaratum fuisse, deletum, abjudicatum:

4. Nos illico Praedecessorum nostrorum, sacrarumque legum morem atque exempla sequuti hanc modo iteratam illegitimam sacrilegamque electionem tradita Nobis e Caelo potestate rescidimus, abrogavimus, nullius roboris vanamque renunciavimus. Eumdem vero Petrum Joannem & quotquot ficto ementitoque Canonicorum Ultrajectensium nomine in ipsum suffragia contulerunt, eique adhaerentes

1739 favorem, opem, consilium, consensum prae-
6 Ott. stiterunt, & illius partes sectantur, fovent, tuentur, auctoritate Omnipotentis Dei excomunicavimus, anathematizavimus, atque ab Ecclesiae Communione segregatos ac prorsus schismaticos babendos & vitandos esse constituimus, indiximus, & declaravimus.

5. Mandamus propterea districteque interdicimus eidem Petro Joanni sub pœna Excomunicationis ipso facto sine alia declaratione incurrendae, ne audeat jurisdictionem ullam aut pro animarum regimine auctoritatem sibi arrogare, vel pro suscipiendis Ordinibus dimissorias litteras dare, Pastores, Missionarios, Ministros, Deservitores, aut alios quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam & Sacramentorum administrationem quovis etiam necessitatis praetextu constituere ac deputare.

6. Simul quoque palam edicimus & declaramus, omnes & singulas antedictorum officiorum deputationes pro animarum regimine quocumque nomine jam factas aut fortasse faciendas, cum omnibus inde sequutis, prorsus irritas esse nullusque roboris ac momenti. Rursus eidem Petro Joanni præcipimus atque inhibemus ne sub simili excomunicationis pœna audeat Episcopalem jurisdictionem, quam profecto nunquam adeptus est, exercere.

7. Qui vero per ipsius litteras dimissorias fuerit Ecclesiasticis Ordinibus initiatus, noverit suspensionis vinculo se obstrictum, atque irre-
gu-

gularitati præterea obnoxium, si susceptos ordines exercuerit. 1739. 6 Oct.

8. Vobis autem, dilecti Filii, & quibuscumque aliis etiam Episcopali & Archiepiscopali dignitate fulgentibus omnino ac sedulo injungimus, vetamusque, ne prænominatum Petrum Joannem pro vero Ultrajectensi Archiepiscopo habeatis & agnoscatis, neve cum eodem ullo pacto præsertim in divinis communicetis, aut ab ipso aut ab aliis per ipsum perperam deputatis Sacramenta aut ordines accipere, vel ullo modo illi aut illis parere audeatis; imo eosdem tamquam alienos, Sanctæ Sedi contumaces, mandatisque Apostolicis refragantes aversari, & vitare præcipimus.

9. Præterea sub pœnis canonicis atque etiam indignationis nostræ interdicimus ac severe prohibemus omnibus cujuscumque Catholicæ Ecclesiæ Archiepiscopis, & Episcopis, ne antedictum Petrum Joannem frustra electum Archiepiscopum consecrare audeant. Cui pariter sub iisdem pœnis indicimus atque imperamus, ne se a qualicumque antistite consecrandum præbeat, utpote manifeste & nullo pacto Archiepiscopali dignitate donatum; qua sane illicita ac nefaria consecratione tot reliquas subiret Canonicas pœnas, & nihilominus ab omni suscepti Episcopalis ejusdem Ordinis exercitio suspensus maneret.

10 Itaque, dilecti Filii, mandata hæc nostra in spiritu filiorum adoptionis accipientes iis exequendis navate libenter operam, ac for-

1739. 6. Ott. titer aversati versuta factiosorum ingenia, quibus nihil suavius est seditioso tumultu perturbataque Religione, debita simul obedientia prosequuti supremum Patremfamilias unice prospicientem vestræ felicitati; date documentum, filios lucis vos esse, nec habere cum iis rem velle, consuetudinem, societatem, qui ambulant in regione umbræ mortis, ac præter pestilentis doctrinæ tenebras, quibus obruuntur, ea denique mentis cæcitate laborare incipiunt, ut priscos non unius Sectæ Hæreticos imitati ficti Archiepiscopi nomen in suos inducere aggrediantur: contra vero cum fideli grege conjuncti, verique Pastoris vocem audientes per sinceræ Fidei, Religionis, pietatis pascua eo pervenire contendite, ubi quantum seductores isti se deceperint, quam rectum vos tenueritis æternæ salutis iter læti beatique comperietis. In cujus auspicium Apostolicam Benedictionem vobis, dilecti Filii, peramanter impertimur. Datum Romæ ec. die 6. Octob. 1739.

XLII.

X L I I.

Primo Breve di Benedetto XIV. a' medesimi (a).

1. DIlecti Filii ec. Auget Pastoralem nostram sollicitudinem filius iniquitatis Jo. Petrus Meindars, qui nec paternis monitis delinitus, nec anathemate perculsus ullum sibi facit furendi modum. Cum enim undique admonitus, & publicis monumentis edoctus ignorare non posset, sibi detractam fuisse a fel. recor. Clemente XII. ludicram illam Ultrajectensis Archiepiscopatus larvam, quam induere inaniter conabatur, ac propterea vigore litterarum in simili forma Brevis die 6. Octobr. 1739. super nullitate electionis severissimis censuris illigatus fuisset; tamen non abstinuit falsum illud nomen usurpare, sed, ut abyssus abyssum invocat, patratum scelus novo scelere cumulavit. 1741 24.Oct.

2. Siquidem non sine horrore & in amaritudine animæ nostræ intelleximus, eo temeritatis pervenisse, ut sacra omnia polluens solemnibus ceremoniis initiari consecrarique voluerit. Quid fieri debeat filio tam degeneri non audienti amantissimi Patris vocem & ad Ecclesiasticæ districtionis plagas obdurescenti, jamdiu

(a) *Tom. II. p. 313. n. 5.*

1741. diu, confulimus Dominum, atque utinam au-
64. Ge. ribus noftris non refonet horribilis vox illa =
Curavimus Babylonem & non eft fanata, derelinquamus
eam =: quo diro fulmine nullum profectò majus.

3. Quare ad vos, dilecti Filii, gaudium & corona noftra, omnem convertimus curam, & quo magis in proximo objecti eftis lupo huic infidiofo atque implacabili, eo vos diligentius hortamur & commonemus, ut refiftatis fortes in fide, quam ab Apoftolica Sede, omnium Ecclefiarum Matre & Magiftra, a primis ufque temporibus accepiftis. Nolite a femita juftitiæ abduci fubdolis ac venenatis illius vocibus, quas infundere conatus eft fua illa captiofa & in fimplicium fubverfionem & fchisma aperte tendente epiftola Paftorali data 1. Decembris elapfi anni 1739. ad gregem ex iis fortaffe collectum, qui fecum ambulant in tenebris, non alio fane animo confcripta, quam ut inconfutilem Chrifti veftem fcindat.

4. Scimus, & in Domino gaudemus vos ab hac vera fide non aberrare; noftra tamen paterna charitas & commiffi Nobis loci amplitudinis Apoftolici Minifterii ratio poftulant, ut folliciti vigilemus ad veftram concordiam, nec a vobis dejiciamus oculos, quos vafermus ille feductor disjungere ftudet a vero Chrifti ovili, ut fecum per vias non bonas errantes pereatis. Nam utcumque blandiatur fibi, nemini fuadebit, fe in Ecclefia manere, quam dilacerat pertinaci fchismate.

5. Ad quam profecto Ecclesiam ut aliquando intelligat pertinere se nullomodo posse, nisi resipiscat, Nos Prædecessorum nostrorum sacrarumque legum morem atque exempla sequuti, tradita nobis a cœlo potestate, primum hujusmodi nefariam consecrationem illicitam, illegitimam, sacrilegam, ac contra supremæ Sedis mandata, & sacrorum Canonum sanctionem factam declaramus. 1741 24 Ge

6. Deinde eumdem Jo Petrum, & quotquot huic execrabili facinori operam, consilium, consensum præstiterunt, auctoritate Omnipotentis Dei excomunicamus, anathematizamus, atque ab Ecclesiæ communione segregatos ac prorsus schismaticos habendos, & evitandos esse iterum constituimus.

7. Sciat autem idem Jo. Petrus, non solum ab iis, quæ sunt jurisdictionis, exercendis esse suspensum, prout vigore earumdem litterarum Prædecessoris nostri fuit suspensus, sed etiam ab iis, quæ sunt ordinis. Mandamus illi propterea, districteque interdicimus sub pœna excomunicationis ipso facto & sine alia declaratione incurrendæ, ut nullo pacto aut Chrisma conficere, Clericos ordinare, aut Virgines consecrare, aut alia Episcopalis Ordinis exercere audeat decernentes insuper vacuos, inanes, nulliusque prorsus roboris ac momenti omnes & singulos alios actus, quos attentare præsumpserit Ac proinde qui ab ipso Ecclesiasticis ordinibus initiati fuerint, noverint suspensionis vinculo se obstrictos, atque irregularitati

1741 propterea obnoxios, si susceptos ordines exer-
24 Gen cuerint.

8. Hanc ad sanandum prope desperatum hominis furorem extremam medicinam adhibemus, acrem illam quidem, sed certe necessariam: cujus profecto vim si non intelligit, miser, multo vero miserior, si intelligit & contemnit.

9 Reliquum est ut, quoniam vehementer soliciti sumus, ne propinquitas morbi saniores partes trahat Christianæ Respublicæ, Vos, dilecti Filii, iterum atque iterum moneamus, ut ab eo quam diligentissime caveatis. Quod quidem facilius promptiusque perficietis, si illud sæpius cogitetis, quod certum omnino est atque exploratum: Neminem vere in Christi Ecclesia esse posse, nisi ejus Capiti visibili, atque divi Petri Cathedræ communione consocietur. Atque Apostolicam Benedictionem vobis, dilecti Filii, peramanter impertimur. Datum Romæ ec. die 24. Jan. 1741.

XLIII.

XLIII.

Secondo Breve di Benedetto XIV. a' medesimi (a).

1. Dilecti Filii ec. Quamquam inhaerens altis radicibus animo vestro Catholicae Religio satis habeat in se virtutis ad praecavendam execrandi schismatis luem, quae magis magisque serpere apud vos nititur, adeo tamen solliciti sumus de incolumi vestra salute, ut noster erga vos amor vere singularis quiescere nequeat, nisi & nos pro commisso tenuitati nostrae Apostolico Ministerio accurramus ad acuendam vestram vigilantiam, avertendumque venenatae fraudis periculum, cui devitando nihil salubrius ac illud praemonitum fuisse. 1742. 1. Sett.

2. Quartus jam labitur annus cum pauci turbulento, ut nostis, ingenio, & a sincera fide abhorrentes, adscito simulatorum Canonicorum nomine, Petrum Joannem Meindars in pseudo-Archiepiscopum Ultrajectinum incredibili temeritate cooptarunt. Sed hujusmodi electionem statim san. mem. Decessor noster Clemens XII. vi suarum litterarum in forma Brevis 6. Octobris 1739. nefandam, irritam, inanem declaravit, delevit, abjudicavit. Eundem vero Petrum Jo. & quotquot falso Canonicorum Ultra-

(a) *Tom. II. p. 314 n. 4.*

1741. 1 Sett. trajectensium nomine in ipsum suffragia contulerunt, illique adhærentes favorem, opem, consilium, consensum præstiterunt, excommunicavit, anathematizavit, atque ab Ecclesiæ communione segregatos ac prorsus schismaticos habendos & vitandos esse declaravit.

3 Quin etiam sub eadem pœna excomunicationis ipso facto & sine ulla alia declaratione incurrendæ mandavit ac severe indixit, ne jurisdictionem Episcopalem, quam nullam adeptus fuerat, aut pro animarum regimine auctoritatem sibi arrogaret atque exercere auderet, ne pro suscipiendis Ordinibus dimissorias litteras daret, ne Pastores, ne Missionarios, ne Ministros, Deservitores, aut alios, quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam & sacramentorum administrationem, quovis etiam necessitatis prætextu constitueret ac deputaret.

4 Hinc etiam palam edixit & declaravit, omnes & singulas antedictorum Officiorum deputationes pro animarum regimine quocumque nomine jam factas aut fortasse faciendas, cum omnibus inde sequutis, prorsus irritas esse, nulliusque roboris ac momenti. Qui vero per ipsius litteras dimissorias fuisset Ecclesiasticis Ordinibus initiatus, denunciavit, eum suspensionis vinculo obstrictum esse, atque irregularitati propterea obnoxium, si susceptor Ordines exercuisset.

5. Præterea sub pœnis canonicis, suæque indignationis interdixit omnibus cujuscumque Ca-

Catholicæ Ecclesiæ Archiepiscopis & Episcopis, 1742. 1 Sett.
ne antedictum Petrum Joannem frustra electum Archiepiscopum consecrare auderent; sub eisdemque pœnis ipsi Petro Jo: mandavit, ne se cuiquam Archiepiscopo & Episcopo consecrandum præberet: qua illicita ac nefaria consecratione tot reliquas subiret pœnas, & insuper nos ab omni suscepti Episcopalis Ordinis exercitio suspensus maneret.

6. Quis sane mentis homo tam terribili perculsus fulmine non cohorruisset? non is tamen se cohibuit, quem veluti ad perficiendum scelus furiæ quædam agitare videbantur, sed reperiens qui suo temerario consilio nequiter obsecundarent, pristinum inanis electionis novo detestandæ consecrationis crimine cumulavit.

7. Exarsimus ad immane scelus, atque hominem perditum nulliusque pudoris Satanæ in interitum tradidimus censuris omnibus illigatum, ni resipisceret: nefariam illius consecrationem, illicitam, illegitimam, sacrilegam, ac contra Supremæ Sedis mandata & sacrorum Canonum sanctiones factam declaravimus; palam denunciavimus, eumdem Petrum Joannem non solum ab iis, quæ sunt jurisdictionis, esse suspensum, sed etiam ab iis, quæ sunt Ordinis.

8. Mandavimus propterea sub pœna Excommunicationis ipso facto & sine alia declaratione incurrendæ, ne ullo pacto Chrisma conficeret, Clericos ordinaret, Virgines consecraret, aut alia Episcopalis Ordinis exercere auderet, de-

1741. decernentes insuper vacuos, inanes, nulliusque
2 Sett. prorsus roboris ac momenti omnes & singulos alios actus, quos attentare præsumpserit; ac proinde denunciavimus, siqui ab ipso Ecclesiasticis Ordinibus fuissent initiati, suspensionis vinculo obstrictos esse, atque irregularitati propterea obnoxios, si susceptos ordines exercuissent (a).

9. Hæc omnia decrevimus ad apertissimum schisma delendum; quorum vos participes fecimus nostris litteris in forma Brevis 24. Jan. 1741., ne subdolis artibus ad ejus suorumque asseclarum communionem subornari possetis.

10. Tantum vero abfuit, ut homo ille Ecclesiasticæ pacis inimicus, aut a supremo Patre familias minitando rogandoque revocatus, aut ingenua instinctus verecundia, aut publica execratione deterritus, deflexerit a via iniquitatis, ut imo, quam semel ingressus fuit, insistat viam, pergatque audacius: cum dudum non erubuerit quemdam Hieronymum de Bock Harlemensi donare Episcopatu jamdiu exsoleto, & ab se nunc restituto ea potestate, quam sibi ex ingenio fingit.

11. Illum cum suo commentito Ultrajectensi Capitulo ad hoc etiam temeritatis devenisse, ac tot jam flagitiis utrumque inquinatum tam diro ac prope incredibili scelere se sordidasse, ingenti sane

(a) *V. sopr. Mon. XLII.*

fane luctu comperimus. Non quod perterrefacti simus schismate ad extrema præcipitante, & sectatores per summum nefas malumque dolum ad sui præsidium illiciente. Confidimus enim fore neminem compotem mentis, nedum catholica veritate imbutum, qui non sit irrisurus perniciosam hujusmodi novitatem, & surgentem, Petro Joanne Meindarts conditore, inopinatam Ecclesiam, ipsi veluti suo Capiti conjunctam, ab eaque divisam, quam Nos licet indigni, Deo auctore, moderandam suscepimus. Sed hinc præcipue vehementer angimur, quod renovari hoc tempore videmus veterem aliquot Schismaticorum insaniam Episcopales Cathedras ubicumque liberet excitantium. Quamquam ut illa suo consumpta furore, ludibrioque habita tandem deperiit, hujus etiam parem exitum fore non dubitamus. 1742. 1. Sett.

12. Quod ad Nos attinet, id primum supplices oramus a Patre misericordiarum, ut obstinatam hanc perduellionem sedare velit, deinde ut, siqui ea involuti ob impletam iniquitatis mensuram in profundum demerguntur, nec ullam afferunt emergendi spem, in iis sistat nefandum ulcus, ne quid ultra sani gregis inficiat.

13. Cui quidem sistendo pestilenti ulceri, aut, si fieri possit, curando, Nos haud negligimus e sacrorum Canonum disciplina remedium adhibere. Quapropter Prædecessorum nostrorum, sacrarumque legum morem atque exempla sequuti, tradita e cœlo potestate, electionem

Hie-

1744. 3. Sett. Hieronymi de Bock in Harlemensem a pseudo-Archiepiscopo Petro Joanne, & ab ejus fictis Canonicis factam, nullam, inanem, nefariam, illegitimam ac sacrilegam declaramus, eamque rescindimus, delemus, abrogamus.

14. Deinde sub pœna excommunicationis ipso facto & sine alia declaratione incurrendæ mandamus, districteque indicimus eidem Hieronymo de Bock, ne ullam Episcopalem jurisdictionem exerceat, ne pro suscipiendis Ordinibus litteras dimissorias dare, ne Pastores, Missionarios, Ministros, Deservitores aut alios, quocumque nomine vocentur, ad animarum curam & Sacramentorum administrationem, quovis etiam necessitatis prætextu, constituere ac deputare audeat: ac proinde si quis per ipsius litteras dimissorias Ecclesiasticos ordines susceperit, se suspensum, ac propterea irregularitati obnoxium esse sciat, si susceptos Ordines exercuerit. Quascumque vero antedictorum Officiorum deputationes quocumque nomine sive jam factas sive faciendas, cum omnibus inde sequutis prorsus irritas nulliusque momenti declaramus.

15. Præterea sub eadem pœna excommunicationis ipso facto & sine alia declaratione incurrendæ mandamus, tam eidem Hieronymo de Bock, ne se cuiquam Archiepiscopo, aut Episcopo consecrandum præbeat, quam ipsi pseudo-Archiepiscopo Petro Joanni, aliisque Archiepiscopis & Episcopis, ne eundem inaniter electum Episcopum Harlemensem consecrare au-
deant.

deant. Has autem pœnas decernimus sine præjudicio illarum, quas tam electus pseudo-Episcopus, quam elector pseudo-Archiepiscopus noverint se incurrisse vigore nostrarum litterarum in forma Brevis 24. Junii 1741. 1741. 1. Sett.

16. Denique ad vos, dilecti Filii, gaudium & corona nostra, paterni cordis curas cogitationesque convertimus, sollicite monentes atque adhortantes, ut in ea vocatione maneatis, in qua vocati estis, repudiata illorum vafritie, qui incautos pellicere ad se conantur. Date quotidie magis operam, ut seductores intelligant, vos ad verum Christi Domini ovile, & ad ejus in terris Vicarium pertinere. Spectaculum facti estis Mundo, Angelis, & hominibus, qui vos indutos Catholicæ lorica veritatis, & galea salutis, adversus hostes non minus occulta rabie quam aperta blandiloquentia insidiosos, strenue pugnare undique circumspiciunt, ac vestram animi fortitudinem invictamque constantiam eximiis laudibus extollunt, non sine incredibili nostro plausu, qui tantam virtutem plurimi facimus, servatamque a vobis Catholicæ Ecclesiæ Nobis Romanæque Sedi fidem singulari amore prosequimur, cujusque pignus Apostolicam Benedictionem vobis, dilecti Filii, peramanter impertimur. Datum Romæ ec. 1. Septembris 1742. ec.

XLIV.

XLIV.

Terzo Breve di Benedetto XIV. a' medesimi (a)

1742. 20. Dc. 1. Dilecti Filii ec. Obsurdescit quotidie magis infandum schisma, paucorum perfidia apud vos conflatum, nec desinit in præceps ruere, ac novis in dies sceleribus irritare amantissimi Patris animum, sibique a Bonis omnibus ludibria cumulare.

2. Cognovimus enim, Petrum Joannem Meindars, funestissimum ejusdem schismatis caput, ausum fuisse refricare illatum Catholicæ Ecclesiæ tam diræ perduellionis vulnus, illegitimo ritu & fucatis ceremoniis consecrato in Harlemensem pseudo-Episcopum Hieronymo de Bock, ejus fimiolo, parique inverecunda fronte ac protervitate.

3. Detestamur utique indignum facinus, dolemusque, nullum ab iis eorumque sectatoribus fieri furendi finem. Non tamen adhuc exuimus paternam misericordiam, ac veluti mater confecta incredibili mœrore super insanientem filium, pietate potius quam iracundia percellimur. Sed quid ultra ad eos revocandos fieri potest, quod non perfecimus? Clamavimus, viam,

(a) *Stor. Tom. II. p. 339. n. 6. seg.*

viam, quam insisterent, ad interitum ducere, 1742 20 De.
nec audierunt exprobravimus fractam, quam promiserant Domino, fidem, negatamque Romanæ Sedi obedientiam, & continuerunt aures suas, ne conscientia latrante resipiscerent, ad sanamque mentem redirent: flagellum denique distrinximus Ecclesiasticæ severitatis, & occallescunt, parvique pendere videntur acceptas plagas, quasi se non attingant probe tectos lorica durissimæ contumaciæ, pudendæque perduellionis.

4. Igitur cum Ecclesiam, ejusque supremum Pastorem non amplius audiant, id solum superest, ut e Christi Domini oraculo habeantur veluti Ethnicus, & Publicanus, extorres Catholico grege, utque se jactent, quantum lubet, in ea Satanæ Ecclesia, quam sibi statuerunt, nec amplius glorientur ad veram Ecclesiam se pertinere, unde penitus exclusi, dejecti, depulsi sunt.

5. Nos utique in magno de illorum pertinacia dolore lætamur saltem, ita denique hanc maleolentem reproborum apud vos hominum sentinam exhaustam ipsorum discessu censeri posse, atque adeo minus ab eadem metuendum esse. Utinam vero & Catholicorum nomen, quod hactenus retinere conantur, jam tandem deponerent! Sic enim prorsus abjiceremus solicitudinem, ne simplicibus, incutiosis, aut male, quid illic veneni lateat, instructis imponant Catholici nominis usurpatione, sacræque Hierarchiæ falso ab ipsis suppletæ similitudine.

1742 20 De. 6. Nos quidem, quantum tenuitati nostræ licuit, in hujusmodi eventum jamdudum Apostolico Ministerio nostro sedulo defuncti sumus, nefariamque Joannis Petri Meindars ad Ultrajectensem Ecclesiam electionem irritam, illegitimam, ac sacrilegam declaravimus, & quidquid ex illo futilem commenti Archiepiscopatus auctoritatem exercere produsset, aut proditurum foret, nullum pariter irritumque pronunciavimus. Deinceps eadem nota parique infamia censurisque inussimus prænunciati Hieronymi de Bock probrosam cooptationem in Harlemensem Antistitem.

7. Nunc autem Prædecessorum nostrorum sacrarumque legum morem atque exempla sequuti, tradita Nobis e cœlo potestate, primum hujusmodi nefariam consecrationem illicitam, illegitimam, sacrilegam, ac contra supremæ Sedis mandata, & sacrorum Canonum sanctiones factam declaramus. Deinde ipsum Hieronymum de Bock, & quotquot huic execrabili facinori operam, consilium, consensum præstiterunt, auctoritate Omnipotentis Dei excomunicamus, anathematizamus, atque ab Ecclesiæ communione segregatos ac prorsus schismaticos habendos, & vitandos esse iterum constituimus.

8. Sciat autem idem Hieronymus de Bock, non solum ab iis, quæ sunt jurisdictionis, exercendis se esse suspensum, sed etiam ab iis, quæ sunt Ordinis. Mandamus illi propterea, districteque interdicimus sub pœna excomunicationis ipso facto & sine alia declaratione incurren-

tendæ, ut nullo pacto aut Chrisma conficere, Clericos ordinare, Virgines consecrare, aut alia Episcopalis Ordinis exercere audeat: decernentes insuper vacuos, inanes, nullusque roboris ac momenti omnes & singulos alios actus, quos attentare præsumpserit. Ac proinde qui ab ipso Ecclesiasticis Ordinibus initiati fuerint, noverint suspensionis vinculo se obstrictos, atque irregularitati propterea obnoxios, si suscepos Ordines exercuerint. 1742. 10 De.

9. Quæ omnia vobis, dilecti Filii, renuntianda esse duximus, non ut caveatis ab hoc quoque sacrilego insidiatore, siquidem sciamus satis vos adversus illius temeritatem ac subdolas artes habere præsidii in vestra invicta pietate & religione; sed ut, si aliqui sunt in ea contumacissima secta, qui nondum penitus infixi maneant in limo profundi, a Nobis pro paterna charitate admoniti inducant animum resipiscere, ac desinant præbere aures hujusmodi factiosis hominibus, qui, ut serviant furori suo, inveteratoque adversus veram Christi Ecclesiam odio, se prorsus Satanæ devoverunt.

10. Vos autem manete in ea vocatione, in qua vocati estis, & quam sequuti Majores vestri constantissimam fidem suam probarunt universæ Ecclesiæ, & hujus in terris Capiti, Pontifici Maximo. Reliqui, qui sese istic obstinarunt ad persequendum schisma, pergant in exiguo suo cœtu gaudere de sacrilega sua pertinacia, sibique plaudant ob execrabile inventum pseudo-Episcopos constituendi. Non diu

1742 20 Dec. erit, cum experti discent quid sibi profuerit malitia sua, ac fremebundi intelligent, quid vobis æterni gaudii & immortalis gloriæ pepererit virtus obedientiæ, castaque fides vestra. Huic interim faustissimo eventui proludimus Apostolica Benedictione, quam vobis, dilecti Filii, peramanter impertimur. Datum Romæ ec. die 20. Decemb. 1742. ec.

X L V.

Decreto di Benedetto XIV. (*a*).

Ad perpetuam rei memoriam
Benedictus P. P. XIV.

1745. 26 Giu. 1. ALtissimo Divinæ providentiæ consilio imposita imbecillitati nostræ suprema Catholicæ Ecclesiæ procuratio, atque adeo commendata Nobis a pastorum Principe Jesu Christo, cujus vices plane immerentes gerimus, assidua pascendi Universi Dominici gregis cura jure ac merito exigit ac requirit, ut ad eundem gregem in unitate & integritate servandum custodiendumque semper advigilantes, inter gravissimas Apostolici Ministerii nostri partes eam præcipue reputemus, qua procul ejiciamus amandemusque perditos homines, ne sub in-

(a) *Stor. Tom. II. p. 359.*

inducta pastoris larva oves Christi venenatis 1744. 26. Gia.
fraudulentium fallaciumque doctrinarum suarum pascuis pelliciant ac decipiant, & ne eas a Christi ovili separantes ad perditionis viam agant atque perducant.

2. Cum itaque nomine duorum assertorum Antistitum, quos reipsa haud legitime, sed nulliter electos ac sacrilege consecratos, & supremis Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis præceptis inobedientes & contumaces alias Nos a Catholicæ Ecclesiæ communione separavimus & sejunximus, ac separatos & sejunctos esse declaravimus & publice denunciavimus (a), in lucem prodierit quidam libellus anno 1744. editus sine Typographi nomine, & sine loci indicatione, sed hoc dumtaxat titulo = Illustrissimorum ac Reverendissimorum Archiepiscopi Ultrajectensis & Episcopi Harlemensis Instrumentum Appellationis ad Concilium Generale futurum a duobus Brevibus, quæ præferunt nomen SS. D. N. Benedicti XIV. scriptis ad universos Catholicos in Fœderato Belgio = · Nos, licet titulus ipse præfatum libellum proscriptione dignum esse & fore aliisque censurarum Ecclesiasticarum, quibus Romani Pontifices Prædecessores nostri hujusmodi appellationes damnarunt proscripseruntque, nonis reipsa obnoxium esse demonstret, atque adeo haud necesse sit ad illum

(a) *V. sop. Mon. XLII. XLIII. XLIV.*

1745. 26. Gen. illum damnandum ac reprobandum animadvertere rationes atque momenta in eodem libello ad comprobandum dictum titulum adducta, utpote fallacia, schismatica, & seditiosa, nihilominus postquam accuratissimo tam nostro quam aliorum examini subjecimus, Apostolica demum censura perstringendum ac proscribendum duximus.

3. Auditis itaque plurium in sacra Theologia insignium Magistrorum suffragiis, de plurimorum quoque Vener. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ad hoc specialiter deputatorum sententia atque consilio libellum præfatum, uti continentem propositiones falsas, seditiosas, scandalosas, captiosas, ad schisma ac eversionem Hierarchiæ Ecclesiasticæ pellicientes & Apostolicæ Sedis prædictæ auctoritati injuriosas, & Ecclesiasticæ jurisdictionis eversivas, auctoritate Apostolica tenore præsentium damnamus & reprobamus, ipsiusque libelli impressionem, descriptionem, lectionem, & usum omnibus & singulis Christifidelibus etiam specifica & individua mentione & expressione dignis sub pœna excomunicationis latæ sententiæ per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam præterquam a Nobis seu Romano Pontifice pro tempore existente nisi in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium valeat obtinere, omnino interdicimus.

4. Volentes & eadem auctoritate mandantes ut quicumque libellum hujusmodi penes se habue-

buerit, illum, statim atque præsentes litteræ ei innotuerint, locorum Ordinariis vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere atque consignare teneantur, hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. 1745. 26 Giu.

5. Insuper omnia alia scripta vel manu exarata, vel typis excusa, in quibus ejusmodi errores aut illorum aliqui quomodolibet renovantur vel defenduntur, seu eos inposterum, quod absit, renovari aut defendi contigerit, sub eadem pœna, auctoritate, & tenore præfatis proscribimus itidem & damnamus, ipsiusque libelli impressionem, descriptionem, retentionem & usum, sicut præmittitur, omnino prohibemus: in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

6. Ut autem eædem præsentes litteræ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum & Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curiæ Generalis in Monte Citatorio & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, pubblicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; sic vero publicatas omnes & singulos, quos concernunt, perinde afficere ac si unicuique personaliter notificatæ & intimatæ fuissent ipsarum autem litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis,

1745. 26 Giu. & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, eandem prorsus fidem tam in judicio quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent vel ostensæ. Datum Romæ ec. die 26. Junii 1745. ec.

XLVI.

Quarto Breve di Benedetto XIV. a' Cattolici delle Provincie Unite (a).

1745. 28 Ag. 1 Dilecti Filii salutem ec. Hieronymo de Bock e vivis ad districtam rationem de illegitima probrosaque sua in pseudo-Episcopum Harlemensem cooptatione a pseudo-Archiepiscopo Ultrajectensi Petro Joanne Meindars funestissimi schismatis isthic patrono dudum facta, deque sua illicita, nefaria, sacrilega, & contra suprema Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis mandata ac sacrorum Canonum sanctiones fucatis cœremoniis accepta consecratione, reddendam die XI. mensis Decembris anni proxime elapsi evocato a Pastorum Principe æternoque Judice Jesu Christo, cujus vices in terris Nos plane immerentes gerimus, sperandum quidem erat, fore nimirum, ut ipse Petrus Jo. scelestissimus execran-

(a) *Stor. Tom. II. p. 370. n. 2.*

crandæ perduellionis antesignanus, quem neque 1745.
paterna Prædecessoris nostri fel. recor. Clemen- 26.Giu.
tis P. P. XII. ac nostra monita, neque vibrata toties in ipsum omnium Ecclesiasticarum censurarum fulmina ad saniorem mentem redegerant, tam infelici ejusdem Hieronymi exitu perculsus, e sceleribus suis emergens ad meliorem frugem rediret, & fructus pœnitentiæ dignos faceret.

2. Verum iniquitatis filius nec conscientiæ angoribus tactus, nec tot censurarum Ecclesiasticarum formidine deterritus, nec ad tantum symmistæ sui exitium perterrefactus, sed veluti is, qui lætatur cum male fecerit & exultat in rebus pessimis, temerario ausu ac præfracta fronte non solum eidem Ecclesiæ Harlemensi primum Generalem Vicarium, deinde Episcopum constituit & designavit die 25. Mensis Maii currentis anni quendam Schismaticum virum Joannem Van-Stiphout, Amstelodami pseudo-Pastorem, verum ad nos etiam litteras dedit, quibus Nos de temeritate sua, detestabilique pseudo-Episcopi designatione certiores faciens patrati quoque criminis ac sceleris confirmationem expostulat.

3. Ad tantam audaciam pœne concidimus, nec possumus satis aptis verbis explicare, & debitis lacrimis deflere tam pervicacem perditi hominis in malitia sua gloriantis, & sceleribus scelera adjicientis insaniam furoremque. Etsi autem per alias in simili forma Brevis litteras tum laudati Clementis Prædecessoris, tum

1745 26 Giu. (*a*), tum nostras (*b*), quarum tenores hisce præsentibus litteris pro insertis haberi volumus, tam ipsius Petri Jo. electionem & consecrationem in pseudo-Archiepiscopum Ultrajectinum, quam defuncti Hieronymi de Bock electionem, consecrationem, & jamdudum obsoleti Episcopatus Harlemensis erectionem irritam, inanem, illicitam, illegitimam, ac sacrilegam, & utrumque excomunicatum, anathematizatum, atque a Catholicæ Ecclesiæ Comunione segregatum ac prorsus schismaticum vitandum esse ac fore, & utrumque nullam vel minimam jurisdictionem Episcopalem, aut pro animarum regimine auctoritatem unquam habuisse, & habere declaratum fuerit, ac propterea nulla pariter, irrita, & inanis ficta Harlemensis Episcopatus erectio, ac dicti Joannis Van-Stiphout asserta in pseudo-Episcopum Harlemensem designatio; tamen Prædecessorum nostrorum, ac potissimum ejusdem Clementis Prædecessoris, sacrarum legum mores, & exempla sequuti, quemadmodum alias fecimus, tradita nobis e cœlo potestate, electionem Joannis Van-Stiphout in pseudo-Episcopum Harlemensem a pseudo-Archiepiscopo Petro Joanne, & ab ejus fictis Canonicis factam, assertique Episcopatus hujusmodi erectionem nullam, inanem, nefariam, illegitimam, ac sacri-

legam

(a) *V. sop. Mon. XLI.*
(b) *V. sop. Mon. XLII. XLIII. XLIV.*

legam declaramus, eamque rescindimus, delemus, abrogamus. 1745. 26. Gar.

4. Deinde sub pœna excommunicationis ipso facto & sine alia declaratione incurrendæ mandamus districteque indicimus eidem Joanni Van-Stiphout, ne ullam Episcopalem jurisdictionem exerceat, ne pro suscipiendis Ordinibus dimissorias litteras dare, ne Pastores, Missionarios, Ministros, Deservitores aut alios, quocumque nomine vocentur, ad animarum curam & Sacramentorum administrationem quovis etiam necessitatis prætextu constituere ac deputare audeat: ac proinde siquis per ipsius litteras dimissorias Ecclesiasticos ordines susceperit, se suspensum, ac propterea irregularitati obnoxium esse sciat, si susceptos ordines exercuerit. Quascumque vero antedictorum Officiorum deputationes quocumque nomine sive jam factas sive faciendas, cum omnibus inde sequutis prorsus irritas, nulliusque momenti declaramus.

5. Præterea sub eadem pœna excommunicationis ipso facto & sine alia declaratione incurrendæ mandamus tam eidem Joanni Van-Stiphour, ne se cuiquam Archiepiscopo, & Episcopo consecrandum præbeat, quam ipsi pseudo-Archiepiscopo Petro Joanni, aliisque Archiepiscopis, & Episcopis, ne eundem inaniter electum Episcopum Harlemensem consecrare audeant. Has autem pœnas decernimus sine præjudicio illarum, quas tam electus pseudo-Episcopus, quam elector pseudo-Archiepiscopus noverint se incurrisse.

6. Cæ-

1745. 6. Cæterum, dilecti Filii, gaudium & co-
26 Gia. rona nostra, quemadmodum præclara vestra in Catholicæ fidei & Religionis Ortodoxæ confessione virtus & constantia, rebus ipsis semper probata & Apostolicis laudibus commendara, Nos dubitare non sinit, quin non solum ad præcavendam, sed ad procul amandandam propulsandamque etiam omnem execrandi schismatis luem maximopere enitamini; ita paterna nostra erga vos charitas haud patitur, quin paterni cordis nostri curas cogitationesque ad vos convertamus, solicite monentes atque adhortantes, ut in ea vocatione maneatis, in qua vocati estis, repudiata illorum vafritie, qui incautos pellicere ad se conantur.

7. Date quotidie magis operam, ut seductores intelligant, vos ad verum Christi Domini ovile, & ad ejus in terris Vicarium pertinere. Spectaculum facti estis mundo, Angelis, & hominibus, qui vos indutos catholicæ lorica veritatis, & galea salutis adversus hostes non minus occulta rabie, quam aperta blandiloquentia insidiosos strenue pugnare undique circumspiciunt, ac vestram animi fortitudinem invictamque constantiam eximiis laudibus extollunt; non sine incredibili nostra lætitia ac solatio, qui tantam virtutem plurimi facimus, servatamque a vobis Catholicæ Ecclesiæ, Nobis, Romanæque Sedi fidem singulari amore prosequimur, cujus pignus esse volumus Apostolicam Benedictionem, quam cum uberrima cœlestium charismatum copia conjunctam vobis, dilecti

Fi-

Filii, peramanter impertimur. Datum Romæ 1745
ec. die 26. Junii 1745. ec. 26 Giu.

XLVII.

Quinto Breve di Benedetto XIV. a' medesimi (a).

1. Dilecti Filii ec. Tam præclaram quidem 1745.
de egregia virtute & constantia vestra 12. Ag.
rebus ipsis semper probata, & Apostolicis etiam laudibus commendata gerimus opinionem, ut plane persuasum habeamus, vos nullis ad procul amandandam omnem execrandi schismatis luem, & ad catholicam fidem orthodoxamque Religionem palam ubique profitendam tuendamque, Apostolicæ nostræ charitatis, sollicitudinis, exhortationisque novis stimulis indigere.

2. Verum pro demandata infirmitati nostræ a supremo Pastorum Principe, æternoque animarum nostrarum Judice Jesu Christo universalis Ecclesiæ suæ procuratione obstricti facere non possumus, quin vos sæpe de sacrilega perditorum hominum temeritate & audacia edoceamus, atque insimul admoneamus, ut quamcumque tenuissimam suspicionem per insidias veteratorum Schismatis patronorum cupiam vestrum de eorum reconciliata nobiscum gratia, &

(a) *Stor. Tom. II. p. 372. n. 4.*

1745 28 Ag. & communione forsitan injiciendam ab animis vestris penitus removeatis.

3. Postquam enim per alias nostras in simili forma Brevis litteras die 26. mensis Junii proxime elapsi currentis anni 1745. ad vos datas (a), typis etiam impressas, & publici juris factas, electionem Joannis Van-Stiphout Amstelodami pseudo-Pastoris in Harlemensem, Hieronymo de Bock e vivis sublato, pseudo-Episcopum a Petro Joanne Meindars pseudo-Archiepiscopo Ultrajectensi, & ab ejus fictis Canonicis factam, assertique Episcopatus Harlemensis erectionem nullam, inanem, nefariam, illegitimam, ac sacrilegam declaravimus, rescidimus, delevimus & abrogavimus, nec ad ipsius Petri Joannis de sua detestabili pseudo-Episcopi Harlemensis designatione, petitaque a Nobis patrati criminis confirmatione scriptam Epistolam respondimus, binas nuper nobis inscriptas, & clanculum redditas accepimus epistolas, alteram quidem ipsius Petri Joannis die 30. Mensis Julii, alteram vero ejusdem Joannis Van-Stiphout die 29. dicti mensis Julii proxime præteriti hujus anni datas.

4. Hic autem de sua inani designatione & sacrilega consecratione perscribit, ille vero de nulla a Nobis data responsione primum conqueritur, deinde de eadem ab se facta consecratione significat. tum causam obtendit, qua adductus

(a) *V. sop. Mon. XLV.*

ductus ad tantum scelus paulo citius, dempto 1745
ternario Episcoporum numero, perficiendum de- 13. Ag.
venit, diuturnum scilicet morbum, in quem inciderat, ex quo liberatus instantissimis plurimorum suorum symmistarum querimoniis satisfacere coactus fuit, ne Episcopalis successionis ordo istic jamdudum interruptus, & ab apostolica hac Sancta Sede nunquam post primam interruptionem agnitus, imo semper explosus, in præsentia morte sua abrumperetur. Quamplurimis demum fucatisque verbis uterque suam erga Apostolicam hanc Sanctam Sedem, Nosque ipsos observantiam obedientiamque protestantes incautis illudere videntur.

5. Nos itaque litteras hujusmodi, quæ callida arte conscriptæ præclaram quidem obsequii reverentiæque speciem præseferunt, reipsa vero latentes suffusi veneni dolos continent, posthabentes ac penitus rejicientes, pro debito nostræ servitutis supremæque potestatis officio, primum designationem electionemque ipsius Joannis Van-Stiphout in pseudo-Episcopum Harlemensem, cum extincti Episcopatus erectione, iterum inanem, ac nullam fuisse, esse, ac fore tenore præsentium litterarum nostrarum Apostolica auctoritate decernimus & declaramus: quemadmodum tenore & auctoritate paribus consecrationem dicti Joannis Van-Stiphout, minime assistentibus ex præscripto sacrorum canonum duobus aliis Episcopis, nullaque apostolica dispensatione obtenta, a memorato pseudo-Archiepiscopo Ultrajectino totics omnium Ecclesiasticarum censurarum fulmini-

bus

1745 28. Ag. bus percusso, & ab omni exercitio Episcopalis Jurisdictionis & Ordinis suspenso contra suprema Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis mandata factam, fuisse, esse, ac fore nefariam, sacrilegam, & execrandam iisdem decernimus & declaramus, ac proinde ipsum temere nulloque jure electum Joannem Van-Stiphout omni Ecclesiastica & spirituali jurisdictione pro animarum regimine carere, atque illicite consecratum ab omni exercitio Episcopalis Ordinis esse suspensum.

6. Mandamus propterea districteque interdicimus memorato Joanni Van-Stiphout sub pœna excommunicationis ipso facto sine alia declaratione incurrendæ, ne audeat Pastores, Missionarios, Ministros aut alios, quocumque nomine nuncupentur, ad animarum curam & Sacramentorum administrationem, quovis etiam necessitatis prætextu, constituere ac deputare.

7. Simul etiam palam edicimus & declaramus, omnes & singulas prædictorum Officiorum deputationes pro animarum regimine quocumque nomine factas, aut fortasse faciendas, cum omnibus inde sequutis, prorsus irritas esse ac nullius roboris ac momenti. Rursus eidem Joanni Van-Stiphout præcipimus & inhibemus, ne sub simili excommunicationis pœna audeat illicite Sacramentum Confirmationis, aut Ordinis conferre, aut quoquo pacto Ordinem Episcopalem, a quo suspensus est, exercere.

8. Vobis autem, dilecti Filii, graviter injungimus ac vetamus, ne antedictum Joannem

Van-

Van-Suphout pro vero Episcopo Harlemensi 1745.
habeatis & agnoscatis, neve cum eodem ullo 28 Ago
pacto, præsertim in divinis, communicetis, aut ab ipso, vel ab aliis per ipsum perperam & inaniter deputatis Sacramenta aut Ordines accipiatis. Noverit enim, qui Ordinibus initiatus ab ipsis fuerit, suspensionis vinculo se constrictum, atque irregularitati præterea obnoxium, si susceptos Ordines exercuerit.

9. Reliquum est, ut paternis curis nostris filialis obedientiæ fideique vestræ officia respondeant. Nullum enim jucundius dolori nostro solatium afferri potest, quam ut intelligamus, vos caute ambulantes non vocem alienorum audire, sed Pastorem sequi, & domum ædificare supra firmam petram. Ac vobis, dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, quam cœlestis præsidii pignus, atque adversus potestates tenebrarum arma & scutum esse optamus, peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 28. Augusti 1745. Pontificatus nostri anno sexto.

XLVIII.

Estratto di un viglietto scritto li 20. Maggio 1747. da Benedetto XIV. al Sig. Card. Nerio Corsini (a).

1747 20 Ma. 1. PAssando al Broedersen, si è certamente ingannato il P. Norberto (*b*), quando ha scritto di aver esaminato i di lui sentimenti, e di averli ritrovati Cattolici, e sottomessi alle Costituzioni Apostoliche, pel quale effetto cer-

(a) *Stor. Tom. II. p. 376. n. 10.*

(b) *E' questi il celebre P. Norberto dapprima Missionario Cappuccino, indi Apostata dal suo Ordine, poi Abate per Breve di secolarizzazione accordatogli da Benedetto XIV affine di richiamarlo da' suoi traviamenti, conosciuto sotto il nome quando di Parisot, quando di Platel, e quando di Piter, e morto miseramente a Parigi nel 1770. Il Vescovo di S. Thome in una sua lettera al Card. di Fleury lo chiama un* Missionario indegno di questo nome; *e il P. Tommaso di Poitiers Superior Generale de' Cappuccini di Madras, e di Pondichery nelle sue lettere a M. du-Mas Governatore di Pondichery, comunicate nel loro originale al Card. Crescenzi allora Nunzio Apostolico a Parigi, e delle quali trovasi un estratto in un Mandamento di Monsig. Vescovo di Sisteron del 1745. lo dice un* ribelle, uno spirito turbolento,

certamente non basta la professione di Fede di 1747
Pio IV., e la definizione del Concilio di Fi- 20. Ma.
renze circa il primato del Papa. Altrettanto avrebbe fatto il Quesnel, e farebbono tutti i seguaci per essere ricevuti nella nostra Unità, restando loro sempre aperto l' adito di dire di non aver accettate le ultime Costituzioni, e specialmente la Bolla *Unigenitus*.

2. Si va a caccia d' avere qualche lettera nostra, o di qualche personaggio riguardevole per farne cattivo uso. Noi ci guarderemo da un tal passo colla fiducia che si farà lo stesso dal nostro Sig. Card. Corsini.

XLIX.

to, uno stordito, che è la vergogna de' suoi Fratelli, un indocile, che non riconosce alcun Superiore nè Ecclesiastico nè secolare, un cuor doppio che non ha nè buona fede nè probità, uno spirito pericoloso, un uomo capace di tutto ec. *Veggasi il citato Mandamento di Monsig. di Sisteron, le due Istruzioni Pastorali di Monsig. di Marsiglia, con cui condanna le* Memorie istoriche *del P. Norberto proibite da Bened XIV. con decreto del 1. Apr. 1745. e ne smaschera le imposture, gli* Anecdotes du Ministere du Marquis de Pombal ec. *il Mon. seguente n. 3 ec.*

XLIX.

Estratto degli Atti di una Congregazione particolare tenuta avanti il Papa Benedetto XIV. il giorno 6. Ottobre 1748. (a).

Sopra gli Affari della Missione d' Olanda (b).

BEATISSIMO PADRE. (c)

1748. 6 Ott. 1. NIcolò Broedersen Pastore di Delft scrisse una lettera al Sig. Card. Valenti (d) in data degli 8. Marzo del corrente anno, la quale contiene in sostanza il desiderio, ch'egli nutrisce di vedere ristabilita la pace della Chiesa in Olanda. Asserisce poi, che l' accettazione della Bolla *Unigenitus* farà un ostacolo per procurarla, attesi gli Editti pubblici degli Sta-

(a) *Stor. Tom. II. p. 376. not. b.*

(b) *Intervennero a questa Congreg. il Card. Valenti, Prefetto, il Card. Corsini, il Card. Tamburini, e il Card. Besozzi, e ne fu Segretario Monsig. Lercari.*

(c) *Questa è la Relazione letta in questa Congreg. al Pontefice.*

(d) *Il Card. Silvio Valenti Gonzaga.*

Stati Generali contro simile accettazione (*a*). 1718. 6 Ott.
Ma siccome, dice egli, il fine della Costituzione, e di tutte le altre è stato quello di confermare la sana dottrina, condannare gli errori, e mantenere nella Chiesa una buona disciplina, così insinua che senza l' accettazione della Bolla *Unigenitus*, si può ottenere lo stesso intento con interrogare i Refrattarj della fede, che professano, della disciplina, che osservano, e dell' ubbidienza e sommissione dovuta alla S. Sede, lusingandosi che le loro risposte su questi articoli non lasceranno alcun dubbio. Passa poi a lodare il P. Norberto Cappuccino per aver trattato della concordia tanto presso il Principe d' Oranges Statolder, quanto presso i Giansenisti, e bramava che il medesimo insieme con i Sacerdoti Van-Der-Steen, e Van-Der-Valch, e l' Abate Nicolini, ch' egli credeva dovesse passare in Olanda, terminassero la grande opera della pace. Conchiudeva in fine, che non mancherà gente, la quale farà il possibile per opporvisi, ma che quando riuscisse loro d' impedirlo prevedeva, che ne ridonderebbe del pregiudizio ai cattolici dal-

(a) *Veggasi sopra questi Editti il Mon. seguente n. 4. 6. 7. 12. 20. 21. e il n. 11. del presente.*

1748 6 Ott. dalla parte degli Stati Generali e dello Statolder (a).

2. Anche il P. Norbetto dopo il suo ritorno da Londra scrisse una lettera al Sig. Card. Valenti in data de' 15. di Febbraro all' Aja, nella quale si dolse del P. Longas Francescano Riformato, Superiore della Missione del suo Ordine in Amsterdam, il quale avea pubblicato che il Cappuccino è un Apostata, che cerca di tradire la S. Sede apostolica, e d' ingannare gli Ecclesiastici d'Olanda: che s' ingerisce a trattare della riunione di questi senza partecipazione di N. S., anzi che la Santità Vostra gli ha fatti sapere su tal particolare i suoi sentimenti. Quindi passava a dire che il suddetto P. Longas alli 23. di Gennajo scorso avesse invitato due Pastori in una casa terza, ove si trovarono molti secolari, e alla presenza di questi dichiarasse, che se il Clero voleva la pace dovessero tutti sottoscrivere il *Formolario*, e le due Costituzioni *Vineam Domini Sabahot*, e *Unigenitus*, senza aver riguardo alle proibizioni, e agli Editti degli Stati Generali, e del Principe d' Oranges, poichè queste materie non erano della loro ispezione, ne vi è obbli-

(a) *Erano i Giansenisti medesimi che cercavano di esacerbare gli Stati, e lo Statolder contro i Cattolici, ma non ottennero l' intento.*

obbligo di ubbidirgli in simile caso (*a*). Essendosi pertanto divulgato questo discorso del P. Longas, e pervenuto a notizia degli Stati Generali e dello Statolder, riferì il P. Norberto di aver rappresentato a questo Principe, che V. S. ben lungi di approvare la temerità del P. Longas, e il linguaggio così poco rispettoso tenuto dal medesimo non lascerebbe di comandargli di darne soddisfazione, supplicandolo frattanto di non attribuire a tutti la colpa di un solo. Per dimostrare poi, ch' egli non è un Apostata produsse le permissioni de' Superiori, e per far conoscere ch' egli vive con edificazione si riporta alle testimonianze, che rendono della di lui condotta alcuni Ministri de' Principi cattolici.

3. Dopo aver parlato di ciò che lo riguardava personalmente, discende al punto essenziale della pretesa pace, e notifica di aver ricevute due lettere del Sig. Card. Corsini in data dei mesi di Novembre, e Decembre scorsi, le quali lo istruiscono delle intenzioni di N. S., e sono ch'egli se la intenda con gli Ec-

(a) *Il discorso del P. Longas non fu concepito ne' termini qui espressi dal Cappuccino per concitargli contro l' odio degli Stati, e la disapprovazione della S. Sede. Nel suo discorso egli seppe misurare le espressioni in modo da non tradire la verità senza offendere il Principato.*

1748. Ecclesiastici più degni uniti alla S. Sede, cioè
6 Ott. i Sacerdoti Van-Der-Steen, e Van-Der-Valch (a)
Sopra di che risponde il P. Norberto di conoscergli perfettamente, e di essersi ingerito in quest' affare per esserne stato stimolato da molti Ecclesiastici dell'uno e dell' altro Partito, per avere ricevute favorevoli le prime risposte venute da Roma, e finalmente per averne il consenso e beneplacito dello Statolder Protestato di non essersi mai spacciato per Commissario della Sede apostolica, come è stato asserito dal P. Longas, essendo pronto di giustificarsi su questo punto colle dichiarazioni, che ne faranno gli Ecclesiastici di ambedue i Partiti, qualora ne siano richiesti.

4. Si osserva, che in questa diffusa lettera non si dice nulla dal P. Norberto di avere incominciato a conferire di questa materia con i Sacerdoti Van-Der-Steen, e Van-Der-Valch, e contuttociò ardisce di assicurare, che l' affare della riunione può esser presentemente terminato senza far torto a ciò che è dovuto alla S. Sede e al S. Pontefice, e senza dispiacere agli Stati Generali e allo Statolder. Sembra per altro ch' egli abbia meno a cuore l'

onor

(a) *Queste commissioni, che il P. Norberto pretendeva aver ricevute dal Papa, vennero poi smentite dal Nunzio. Vedi n. 7.*

onor della S. Sede, che la grazia degli Stati-Generali e dello Statolder, poichè si esprime nel modo che segue. 1748. 6. Ott.

5. » Io, dice egli, ero assolutamente risoluto di non ingerirmi più in quest' affare, che nel solo caso di un precetto (a), ma tante persone di distinzione, che non vi hanno interesse alcuno, mi hanno talmente eccitato a continuare, che non ardisco di ritirarmi. Non posso dall' altro canto dubitare, che dispiacerebbe allo Statolder, che io effettuassi tale risoluzione, la quale richiederebbe necessariamente l' apologia della mia passata condotta. E' più d' un anno che io esamino il fondo di quest' affare, e i sentimenti di quelli che sono in causa, Io gli ho veduti e intesi quasi tutti, e mi lusingo non esservi alcuno più istruito di me. Prevedo con fondamento le cattive conseguenze, che accaderanno al Partito unito alla S. Sede, se si ricusasse di entrare nell' esame della materia sulla faccia del luogo. L' amore sincero e l' ardente zelo, che nutrisco per la Chiesa e per l' onore del Sommo Pontefice, mi obbligano di rappresentare con sincerità alla Sede apostolica lo stato delle cose nel modo, in cui le conosco. La gratitudine, che

(a) *Si può raccogliere la falsità di questa sua risoluzione da' n. 7. 8. 13. 14. 15. 16., e dal n. 3. del Mon. seg.*

1748 6 Oct. che io debbo ai Sovrani di queste Provincie, e allo Statolder per la protezione, di cui mi onorano nelle contingenze, nelle quali mi trovo, è un motivo assai forte per indurmi a procurare il bene dei loro Stati. La pace fra i cattolici loro sudditi è un oggetto delle loro cure, essendo persuasi che una divisione così strepitosa e funesta sia molto dannosa al governo civile. Mi renderei adunque assai colpevole avanti Dio e avanti gli uomini, se mancassi di fare a Roma le rappresentanze necessarie in una materia di tanta importanza. Io sono cristiano, e cattolico Romano, Ministro del Signore, e buon cittadino: tutte queste qualità, senza parlare di altre, sono più che sufficienti per ispirarmi questi giusti sentimenti, che conserverò perpetuamente. »

6. Altra lettera scrisse il P. Norberto dall' Aja alli 14. di Febbraro dell' anno corrente a Monsig. Nunzio in Brusselles, nella quale facendo menzione delle lettere scrittegli dal Sig. Card. Corsini ne' mesi di Novembre e Decembre, gli partecipò di avere avuto ordine di intendersela col detto Prelato, e con gli Ecclesiastici più degni di quelle parti. Crede egli, che i Sacerdoti Van-Der-Steen e Van-Der-Valch non ricuseranno di agire, quando ne siano comandati dal Nunzio, e finalmente che lo Statolder ha dimostrato di desiderare, che esso continui le sue diligenze per condurre a termine quest' opera.

7. In risposta a tale lettera il Nunzio lo ha rim-

rimproverato di falsità per aver sparsa voce di 1748
operare per commissione di N. Signore, onde 6 Ott.
gli proibì di mescolarsi in questo affare; gli
comandò di uscire ben presto da quella Missione, e gli fece sentire che questo importante negozio si deve trattare dagli uomini più dotti, prudenti e zelanti del Paese, e non da uno straniero, le di cui mire e qualità non sono abbastanza note.

8. Rimane ora di parlare del viaggio fatto a Londra dal P. Norberto insieme col Sacerdote Bouguers, Ecclesiastico Giansenista, Parente del pseudo-Vescovo d'Utrecht. Passarono questi in Inghilterra principalmente per conferire coll' Ab. Nicolini sul supposto, che questi avesse avuto o fosse per avere in breve commissione da Roma di trattare la pace della Chiesa di Olanda. In una lunga conferenza tenuta su questo particolare si dichiarò l'Abate Nicolini di non averla ricevuta, nè di punto desiderarla.

9. Intorno poi al punto essenziale della materia il Bouguers disse apertamente, che quanto poteva farsi, non però senza qualche pericolo, una accettazione in genere, la quale *sub involucro verborum* comprendesse la Costituzione chiaramente, altrettanto era impossibile di farla nominatamente in Olanda, attesi terribili editti degli Stati Generali (a). Aven-

(a) *Questi terribili editti erano, e sono tutta*via

1748. 6 Ott. vendo però obbietato l' Abate Nicolini, che con tali editti era il medesimo che il non volere cattolici in Olanda contro la massima fondamentale degli Stati della tolleranza generale, il P. Norbetto rispose, che avendo fatta l'istessa obbiezzione allo Statolder, questi gli avea risposto di aver giurato di far osservare gli editti degli Stati, e che gli voleva osservati: che se tali editti erano contro la possibilità dell' esercizio cattolico, che certamente si voleva tollerato, bisognava fare delle rimostranze agli Stati, perchè li rivocassero, mentre sarebbero stati rivocati, se si fosse provato essere necessaria una formale accettazione della Costituzione, ma sapendosi, che tale accettazione non è necessaria in Roma, in Italia, Spagna, Portogallo, Allemagna (a), non dovea essere necessaria in Olanda, e che però non si sarebbero rivocati; anzi si sarebbero pienamente osservati, se finalmente non si fosse data quella quiete alla Chiesa di Olanda, che negli Stati cattolici, fuori di Francia e Fiandra, hanno tutte le Chiese.

10. Tali furono le espressioni del Bouguers, e del

via immaginarii, come può vedersi dal Mon. seg. n. 4. 6. 19. 20. 21. ec.

(a) *La Bolla non è stata rigettata in niuno di questi luoghi. I Giansenisti non hanno ancora potuto produrre questi vantati monumenti di rejezione.*

e del P. Norberto, ma questi le ha taciute 1748. 6 Ott.
nella lettera da lui scritta al Sig. Card. Valenti. E noto per altro che i Giansenisti d' Olanda furono gli autori di quei rigidi Editti, pubblicando da ogni parte, che la Costituzione *Unigenitus* rovesciava i fondamenti della Repubblica, ed era pericolosissima allo Stato; interpretando sopratutto malignamente la censura della Proposizione XCI *Excommunicationis injustæ metus numquam debet nos impedire ab implendo debito nostro*.

11. Quando pertanto fosse vero, al dire del P. Norberto, che gli Stati Generali desiderano la pace, essendo persuasi che una divisione così strepitosa e funesta sia dannosa al Governo, debbono i Giansenisti procurare la rivocazione degli editti, e far comprendere che la Costituzione non ha stabilito cosa alcuna che sia contraria al Governo civile, come appunto si è conosciuto in Italia, Spagna, Portogallo, Allemagna, Polonia ec., ove la medesima non ha incontrato la minima opposizione (a). Si vede adunque che questi cercano, se mai fosse possibile, d' ingannare la Sede apostolica, non ostante che V. S. sin da' 20 di Maggio dell' anno scorso abbia fatto intendere al P. Norberto per mezzo del Sig. Card. Corsini,

(a) *Sull' accettazione della Costituzione si consultino i libri altrove indicati.*

1748. 6. Ott. ni, che non può trattarsi di unione, se per preliminare della pace non si eseguisce la sottoscrizione del Formolario di Alessandro VII. e non precede una solenne dichiarazione per iscritto di sottomettersi di cuore e di spirito, puramente, e semplicemente alle Costituzioni de' Sommi Pontefici, e nominatamente alla Bolla *Unigenitus*.

12. Questi giustissimi sentimenti, degni dell' Apostolico zelo di Vostra Santità, si rendono ancor di più necessaria esecuzione dopo essersi veduta correre stampata per l'Olanda nel passato mese di Settembre una Dichiarazione del seguente tenore:

» *Declaratio Capituli Ultrajectini Romano-Catholici facta in Comitiis Capitularibus Lugduni-Batavorum habitis die 12. Septembris hujusce anni 1747. circa Memoriale quoddam Romam missum, in quo asseritur, Capitulares, aliosque Pastores acceptare omnes Bullas Pontificias ac Constitutiones canonice editas.*

» Declaramus nos pro pace ineunda cum Sum. Pontifice numquam, Dei opitulante gratia, consensuros neque in subscriptionem puram & simplicem Formularj Alexandri VII. quæ factum involvit, neque in acceptationem Bullæ Unigenitus, etiam relative ad qualescumque explicationes.

» *Huic Declarationi subscripserunt Illustr. Archiepiscopus Ultrajectinus Petrus Jo. Meindars, & Illustr. Episcopus Harlemensis Jo. Petrus Van-Stiphout, necnon & Capitulares, excepto*

» *Ni-*

» *Nicolao Broedersen Capituli Decano , & Pastore Delphensi . Huic etiam Declarationi adhaeserunt multi Pastores & Sacerdotes tam viva voce quam litteris ad Episcopos missis* . „ 1748. 6. Oct.

13. Quest' atto dimostra abbastanza , che i Giansenisti di Olanda non hanno intenzione sincera di unirsi alla S. Sede , ma prevedendo essi l' ammirazione e lo scandalo , che avrebbe potuto produrre una simile Dichiarazione , così il P. Norberto , che si è fatto il loro mediatore , ha trasmesso copia di due lettere a lui scritte dai pretesi Vescovi d' Utrecht , e di Harlem , e del Segretario del preteso Capitolo di Utrecht , nelle quali si dice solamente con tutto l' artifizio *Actum penes nos nullum existere* . Con ciò si vorrebbe dare ad intendere alla S. Sede , che quell' Atto è falso , ma frattanto si lascia correre per l' Olanda , senza farsi alcuna pubblica dimostrazione , che possa dare a credere il contrario .

14. Le lettere , delle quali si fa menzione , sono le seguenti :

» *Admodum Reverende Pater* . »

» Cum Paternitas Vestra nobis significaverit , se se litteras Bruxellis accepisse , quibus indicetur nos cum praecipuis de Clero nostro jure-jurando nos obstrinxisse ad quemdam Actum , per quem promittimus quaedam contraria Memoriali nostro , quod men-

„ se

1748 6 Ott. » se Augusto proxime elapso per Emin. Card.
» Corsini SS D. N. Benedicto XIV mittere
» non es gravatus · candide respondemus hæc
» nullo modo esse vera, aut ejusmodi actum
» Memoriali nostro oppositum existere, imo
» sanctissime protestamur, nihil nos unquam
» dicto Memoriali contrarium fecisse. In
» quorum fidem hisce litteris manu nostra
» subscribimus. *Admodum R Pater. Hage-Co-*
» *mitis. 1. Martii* 1748. *Petrus Jo. Archiep. Ultr.*
» *Jo. Episc. Harlem.*

» Hanc copiam autenticam esse attestamur
» Lugduni-Batavorum 8. Maj 1748. *Petrus Jo.*
» *Archiep. Ultr. Jo. Epis. Harlem.*

» *Admodum Rev. Pater.* »

» Obstupuimus videntes Schedulam impressam
» Paternitati Vestræ Roma missam, quæ inci-
» pit *Declaratio Capituli Ultrajectini ec.* Aper-
» te declaramus, nullum ejusmodi Actum pe-
» nes nos existere. Scit enim P. V. quid duo
» Illustr. nostri Episcopi 1. Martii 1748. lit-
» teris ad te datis simili in occasione decla-
» rarint. Quibus omnes Capitulares adhære-
» mus, rogamusque R. V. ut de his S Pon-
» tificem nostrum certiorem facias. *Admod R.*
» *Dom, Lugduni Batav.* 7. Maii 1748 De man-
» dato Illus. D D nostrorum, & Capit. Ul-
» trajectini. *Jo. Vander-Beek Cap. Can. & Se-*
» *cret.*

14. Essendo stata comunicata posteriormen-
te

te da un corrispondente (a) del P. Norberto 1748.
una lettera da esso scritta al Principe d' O- 6 Ott.
ranges Statolder sopra la pretesa pace della
Chiesa, si conoscono i di lui sentimenti espressi
con le parole che sieguono. » Io per lo spa-
» zio di sei Mesi e più ho esaminato le cose
» da una parte e dall' altra con esattezza e
» senza prevenzione, e nudrisco una speranza
» ben fondata, che il Papa così inclinato al-
» la pace, conoscendole tali quali sono, e qua-
» li io sono obbligato di rappresentargli, la
» Santità Sua concederà con beneplacito e gra-
» dimento di V. A. questa tanto bramata pa-
» ce... Nella pace, che io tratto presso il S.
» Pontefice in favore dei Cattolici Romani di
» queste Provincie, ho dichiarato ai Pastori del
» due Partiti, che io non impiegherò mai la
» mia opera in una riunione che potesse in
» qualche benchè piccola cosa offendere gli
» editti degli Stati Generali, e sono piena-
» mente sicuro che N. S. Benedetto XIV. non
» richiederà cosa alcuna, che possa tendere a
» far diminuire il rispetto e la sommissione,
» che i Cattolici devono aver verso questi e-
» ditti. Ardisco ancora di assicurare, che il
» gran Pontefice non inclinerà colla sua pa-
» terna tenerezza e bontà a concedere la pa-
» ce, se non quando sarà persuaso della loro
» fe-

(a) *L' Eminentiss. Corsini*.

1748 6.Ott. » fedeltà a un tale dovere. Le lettere, che io » ho ricevuto di suo ordine, non mi lasciano » dubitarne. »

15 Si osserva che detta lettera scritta dal P Norberto al Principe d' Oranges è in data dei 16. di Settembre dell' anno scorso, nel qual tempo dovea necessariamente avere inteso i sentimenti di Vostra Santità espressi preventivamente fin dai 20. Maggio dello stess' anno al Sig. Card. Corsini, ma egli maliziosamente ha asserito tutto il contrario, e ha dato a credere, che Vostra Santità non richiederà cose, che siano contrarie agli editti degli Stati Generali, che è lo stesso che approvare una riunione senza soscrivere il Formolario di Alessandro VII., e senza sottomettersi puramente, e semplicemente alla Costituzione *Unigenitus*.

16. Finalmente il medesimo Cappuccino con altra lettera scritta alli 24 di Maggio del corrente anno al Sig. Card. Valenti, si è dichiarato di non curarsi, anzi di bramare di essere escluso da questa negoziazione, perchè gli procura de' nemici in Francia, e altrove; ma ciò non ostante si è avanzato a dire, che lo Statolder desidera ch' egli tratti questo affare, onde temerebbe molto, se dovesse significare a quel Principe, che la Corte di Roma gli ha proibito d' ingerirsene.

17. » *Rescriptum* (*a*). Relatis in Congrega-
„ tio

(a) *Letta la presente relazione in Congrega-*

» tione habita coram SS. precibus nonnullo- 1748. 6 Oct.
» rum Jansenistarum Batavorum ad Commu-
» nionem Apostolicæ Sedis admitti petentium,
» Sanctitas Sua decrevit, non esse admitten-
» dos, nisi prius Formulario Alexandri Papæ
» Septimi sincere, absque ulla distinctione &
» restrictione subscribant, nec non Constitu-
» tionibus Apostolicis adversus Jansenii &
» Quesnelli errores editis, ac præcipue illi,
» quæ incipit *Unigenitus* pure & simpliciter
» se subjiciant. »

zione, e uditi i pareri de' Cardinali fu conchiu-so di formare questo Decreto.

L.

Estratto degli Atti di altra Congregazione particolare (a) tenuta avanti il Papa Benedetto XIV. il dì 1. Maggio 1749. sopra gli affari della Missione d' Olanda (b)

BEATISSIMO PADRE (c)

1749. 1 Mag. I. Si degnò la Santità Vostra di tenere alli 6. Ottobre dell' anno scorso una Congregazione particolare alla sua presenza per esaminare le suppliche presentate al suo Apostolato da alcuni Giansenisti di Olanda, i quali mostravano in apparenza di volersi riunire alla Chiesa Romana. Non fu posto in dubbio, che quando essi dassero sincere riprove di sommissione ai decreti Apostolici, V. Be. gli abbraccerebbe paternamente, *& ad tantum bonum, illo adjuvante qui hoc donat, alacriter convolabimus dicentes. Fratres nostri estis* (d). Ma siccome fu cre-

(a) *Stor. Tom. II. p. 376. not. b*
(b) *Intervennero a questa Congreg. gli stessi Soggetti che nella precedente.*
(c) *Relazione letta a S. S.*
(d) *S. Aug. Ep. 129. ad Marcell.*

creduto con fondamento, che questi Refratta- 1749.
rj parlassero con poco buona fede, e sotto il 1 Mag.
pretesto di alcuni editti degli Stati Generali tentassero d' ingannare la Sede Apostolica con una falsa pace, più dannevole alla chiesa del loro presente scisma, così la S. V. prese la risoluzione di non ammetterli, se per preliminare non avessero sottoscritto senza alcuna restrizione il Formolario di Alessandro VII, e non si fossero sottomessi puramente e semplicemente alle Costituzioni dommatiche de' Sommi Pontefici contro gli errori di Giansenio, e nominatamente alla Bolla *Unigenitus*.

2. Con tali sentimenti V. S. seguì gli esempj de' suoi più illustri Predecessori, e singolarmente di S. Leone il Grande, il quale scrivendo a Niceta Vescovo di Aquilea intorno a quelli, i quali caduti nell' eresia de' Pelagiani domandavano di essere riconciliati alla Chiesa, disse: *Damnent apertis professionibus suis superbi erroris auctores, & quidquid in doctrina eorum universalis Ecclesia exhorruit detestentur, omniaque decreta Sinodalia, quæ ad excisionem hujus hæreseos Apostolicæ Sedis confirmavit auctoritas, amplecti se & in omnibus approbare plenis & apertis, & propria manu subscriptis protestationibus eloquantur.*

3. Ad oggetto però di lasciare una tal qual via aperta ai Giansenisti per dar loro il tempo di ravvedersi, e di appigliarsi a più sani consigli, il Sig. Card. Valenti scrisse li 21. Dicembre dell' anno scorso ad un Missionario de'

1749 1 Mag più zelanti e più prudenti dell' Olanda (a) la lettera che segue. = » Haudquaquam te latere » arbitror. Rev. admodum Pater, quanti mo- » menti sit negotium, quod in istis provinciis » propter P. Norberti Capuccini imprudentiam » modo fervet & agitatur. Neque sane propo- » sitionem ab ignoto viro, suique Ordinis A- » postata temere factam tot consecuturam » fore sectatores credibile videbatur quare con- » traire sub initio, ut debuissemus, neglectum » fuit, summusque Pontifex sensus suos aperi- » re Nuntio Bruxellensi distulit, quibus com- » monefieret, ne vel ipse vel Batavi nostri Or- » thodoxi hallucinarentur. Accidit propterea » Jansenistas Capuccini insufflatione commotos » de reconciliatione cum Catholicis tentamen » rursus aggressos fuisse, quod jam pluries fru- » stra promoverant. Res tamen eo devenit, » ut Sanctitas Sua nequeat amplius dissimula- » re, adeoque summa sollicitudine studet, quo- » modo se gerat, ne debitor Deo & homini- » bus efficiatur. Instant homines isti, sicut pro- » be nosti, omnemque lapidem movent, ut » quodammodo ad publicum certamen nos vo- » cent, quin imo supremorum Ordinum aucto- » ritate freti ad contentionem & disceptatio- » nem nos compellere intendunt. Hæret ita- » que

(a) *Il P. Rodriguez Carmelitano, Capellano dell' Ambasciadore di Portogallo all' Aja.*

» que ancipiti animo Summus Pontifex, utrum 1749. 1 Mag expediat tractationem propositam ex parte Jansenistarum amplecti, an potius in majorem Missionis profectum cedat, si illam omnino recuset. Inter hos anfractus medium iter suscipiens in eam propendet sententiam (neque illos rigorose repellendo, neque nimis conniventer eorum instantias fovendo), negotiationem omnem per seipsam cadere, & in profundum silentium demergi sinendum esse, ut alias maxima Missionis nostræ utilitate contigit. Quamquam igitur ex variis litteris a doctis & probis viris isthinc datis compertum satis sit, propositam reconciliationem æque captiosam fore, ac cæteræ fuerunt, & quamvis Sanctitas Sua derogare nullatenus intendat inconcussæ Ecclesiæ praxi, authenticam nimirum retractationem exigendi sententiæ illius, quæ sunt radicalis causa alienationis, his tamen non obstantibus sensus animumque præclariorum Missionis istiusce cultorum sciscitari æquum duxit, religiosissimo secreto custodiendum. Gaudet Ecclesia universalis de laudabili numero Catholicorum puræ & illibatæ doctrinæ in Fœderato Belgio existentium: quomodo igitur Sanctitas Sua, salva conscientia, poterit eos in discrimen adducere per unionem cum hominibus, quorum prava indoles undequaque patens non aliis eget argumentis, ut dignoscatur? Quare tam celsissimus hodiernus Gubernator, quam Supremi Ordines serio atque mature animad-

1749 » vertere deberent, Catholicos nostros, qui
1 Maj. » semper patriis legibus obsequuti Patriæ quieti alacriter inservierunt, evidens periculum esse, ne quoties in unum corpus coalescant cum illis, qui opiniones tam diversas usque modo professi sunt, non eandem tranquillitatem consecuturos, sed continuam perturbationem, atque contentionem, quæ omnia Reipublicæ male cedunt. Quod si post tot precautiones Missioni nostræ pernicies aliqua induceretur (quod Deus avertat) suo tamen munere Summus Pontifex noster se satisfecisse gratularetur, videns nihil se egisse præter ea quæ SS. Canones præscribunt, & Sancta Mater Ecclesia servat. At si a præfixis tramitibus egrederetur, qua amaritudine, quave animi desolatione Sanctitas Sua se nullo modo nimiam suam arbitrariamque condescendentiam expiare posse cognosceret? Videbunt igitur facile Missionis nostræ Rectores, quidnam prudentius deliberandum sit a Summo Pontifice, utrum scilicet negotiationem assumere, an vero nullum publicum colloquium instituere. neminem tamen ex Janseniana factione recusare, qui rite & recte ad unionem accedere intendat. Jam satis deploravimus tot hujusmodi congressus nunquam Ecclesiæ profuisse. En igitur tibi, Reverende admodum Pater, circa quæ Sanctitas *Sua* ope solertiæ tuæ tot reverendorum virorum vota expectat. Dicta hæc sint de reconciliationis negotio quomodocumque sum-

» pto,

» pto, nam quod attinet ad P. Norbertum 1749 1 Mag.
» nullo profecto pacto instrumentum esse po-
» terit hujusmodi tractationis, cum nimis in-
» notescat, quantum Ordini suo, Pontificiæque
» voluntati hucusque restiterit. Artificiose etiam
» Eminentissimos aliquot Proceres delusit, eo-
» rumque litteris in bonum finem ei datis a-
» busus est. Quis autem nescit quomodo, &
» quare captivare sibi satagat animos & patro-
» cinium tot excelsorum Principum, Virorum-
» que in dignitate constitutorum, qui leges no-
» stras sacrasque praxes scire nullatenus tenen-
» tur? Res tam religiosa, qualis esset reconci-
» liatio horum hominum cum Sancta Romana
» Sede, virum omni exceptione majorem, &
» fama longe commendabiliorem exposceret.
» Quod autem remanere vel egredi e finibus
» Batavis illi magis arrideat, consulat ipse
» conscientiæ suæ. Nos sane (dummodo de
» rebus nostris nullomodo immisceat) nul-
» lam ei vim impendemus, neque illum
» amplius urgere Sanctitas Sua cogitat. Pro
» excusata habe, Rev. mi Pater, hanc episto-
» læ prolixitatem, cum circa maximi momen-
» ti negotium versemur. Prudentiæ tuæ igitur
» & religionis erit colligere orietenus suffra-
» gia eorum, quorum merita excellunt, tibi-
» que innotescunt, adeo ut prudens argumen-
» tum SS. D. N. ex litteris tuis recipiat pro
» sui animi quiete confirmanda. Interim ec. »

4. Al suddetto foglio ha risposto tanto il Missionario, a cui è stato diretto, quanto un

Ec-

1749 1 Mag Ecclesiastico de' più qualificati della Missione (a) colla lettera seguente da ambedue sottoscritta. » Honoratissimis vestris litteris 21. Decembris » Roma datis decorati jussa vestra cum gaudio » intelleximus, quibus nomine SS. D. N. in- » jungebatur nobis, ut præstantium in Missio- » ne Sacerdotum sententiam inquireremus cir- » ca Jansenistarum propositam reconciliatio- » nem: videlicet expediret ne negotiationem » assumere, an vero nullum publicum insti- » tuere colloquium, neminem tamen ex Janse- » niana factione recusare, qui rite ac recte » ad unionem accedere intendat? Item satiusne » esset transactionem propositam ex parte Jan- » senistarum amplecti, an potius in majorem » Missionis profectum cederet, si SS. D. N. il- » lam omnino recusaret? Jussa vestra, Cardi- » nalis Eminentissime, sine ulla mora executioni » mandata fuissent, nisi distantia locorum, qua » Missionarii a se mutuo sejunguntur, præser- » timque hyemales continuæque tempestates » promptissimam nostram voluntatem impedis- » sent. Quod vero ob hasce rationes tam le- » gitimas differri debuit necessario, tandem » præstitum est. Varia itaque vota laudatissi- » morum cum a virtute tum ab eruditione ex- » perientiaque virorum in unum collecta mis-

„ sa

(a) *Il Sig. Vandervalk Arciprete d' Olanda, e Pastore all' Aja.*

1749 1 Mag.

» sa sunt ad Excellentissimum D. Nuntium
» Bruxellensem. Conveniunt autem communi-
» ter hi viri, quorum cordibus Divino mune-
» re antiqua ac sana Patrum fides etiamnum
» infixa est, transactionem ex parte Janseni-
» starum propositam nullatenus admittendam
» esse, nec dubitant, quin exceptio, quam
» faciunt, pallium sit Jansenianæ perfidiæ. Sed
» nihil attinet Sacerdotum sententias secundo
» hic scribere, cum in adjunctis chartis ada-
» mussim recitentur. Nostra vero sententia hæc
» est, Gonzaga Nobilissime, transactionem ex
» parte Jansenistarum propositam nulla ratione
» admitti posse aut debere, servandamque o-
» mnino inconcussam Ecclesiæ praxim, ut frau-
» dibus ac technis versipellium istorum homi-
» num omnis aditus præcludatur. Item senti-
» mus, nullam hisce in partibus super reconci-
» liatione negotiationem instituendam, ne qui
» forte Missionarii, iique primarii periculo ex-
» ponantur: fidi siquidem Jansenistis non po-
» test, diuturna ac tristissima experientia id do-
» cente. Si qua tamen negotiatio instituenda
» videretur, fieri posset Bruxellis, aut alibi in
» viennia. Colloquium vero publicum, ubi-
» cumque demum id fuerit, prorsus improba-
» mus. Neque hoc honore dignos arbitramur
» Jansenistas. Hic vero ne negotiatio quidem
» expedit, cum omnia clamoribus impleant,
» imo libellum supplicem præpotentibus Ordi-
» nibus obtulerint, ut facultas sibi daretur a-
» gendi cum Catholicis de componenda pace,
» quam

1749 » quam tamen facultatem nullatenus consecuti
à Mag. „ sunt. Judicamus etiam, Jansenistas, licet su-
» specta sit eorum qualiscumque intenta con-
» versio, severe repellendos non esse, ne in
» desperationem acti rei Catholicæ nocere fa-
» tagant, ut consueverunt, sed leniter tractan-
» di, atque suaviter ablegandi sunt, nisi ab
» exceptione abstineant, quam hactenus tan-
» topere decantarunt. Certe concipi satis non
» potest, homines istos usque adeo abhorrere
» ab explicita unius Bullæ acceptatione, cum
» tamen omnes omnino Bullas Apostolicas ac-
» ceptare se se velle profiteantur: quasi vero
» Bullam istam non sufficienter, ut contra ri-
» gorosa edicta peccet, acceptet, qui implicite
» acceptat. Si enim tam rigorose ac specialiter
» solemnibus Ordinum edictis prohibita sit, qua
» fronte audent illam qualicumque modo ac-
» ceptare, cum non usque adeo insaniant Pa-
» triæ nostræ Rectores, ut trita quadam Scho-
» lasticorum distinctione in severissimis legibus
» sibi satisfieri, aut potius illudi patiantur. Exa-
» minavimus omni studio, factaque exacta inda-
» gine, omnia hujus aevi edicta Religionem
» nostram concernentia, sed, ut verum fatea-
» mur, nullum invenimus, in quo Bullam
» hanc tam specialiter prohibitam reperimus.
» Si omnes itaque alias, licet etiam prohibi-
» tas, possint acceptare, quidni & hanc? Ve-
» rum qui fide sunt saniores & ortodoxi, quo-
» rum pectora nec hæresis unquam infecit, nec
» schismatis studium a Sede Apostolica avulsit,

„ non

„ non dubitant quin fraudes sint, quibus ipsi 1749. 1 Mag.
„ Summo Pontifici, si modo possent, imponere conarentur. Si quod sit edictum tam rigorosum, quod Bullam hanc tam specialiter prohibet, quidni nobis exhibent? Deum quidem ter-optimum maximum ferventissimis precibus obsecramus, ut devios in viam veritatis ac pacis reducat; existimamus tamen nullam cum his hominibus perfidis ac simulatoribus conniventia utendum esse, sed tunc tantum in Ecclesiæ gremium recipiendos, cum sine ulla restrictione aut exceptione ulla Sedi Apostolicæ se se submiserint, & peccata sua agnoscentes, veluti Filii prodigi, ad communem Christianorum Patrem Summum Pontificem iverint, illius misericordiam, paternamque benignitatem implorantes: nullo autem modo (quod longissime absit) legem præscribentes aut paciscentes. Si alia ratione pax (ut ipsi loqui amant) iniretur, profecto impia hæc pax, nova ac crudelioris belli fomes, & fax innumerabilium discordiarum foret. Domari debet eorum superbia, qui ab annis tam multis contra Christum Domini ac Dei Ecclesiam crista erigere intolerabili vesania non erubuerunt. Si quam quærunt, pacem assequantur, de Romanis utpote victis prostratisque triumphum canent, & Catholicos, qui illis adversari Sedi Apostolicæ fidelissime adhæserunt, contemnent, ac suis affectis, iisque qui in utramque partem claudicarunt, longissime posponent. Quod

„ enim

1749. 1 Mag. „ enim pseudo-Episcopi Mitram Pedumque „ depositures se se pacis amore jactirent, nugas arbitramur, artesque ad decipiendum inventas. Scimus qua ratione loquantur præcipui hujus Sectæ laici, utique a suis Sacerdotibus instructi: nempe si pax ineatur, regimen Missionis penes Clerum suum fore, nec concipimus satis quid Jansenistæ, dum de reconciliatione agunt, cogitant. Vel enim judicant extra Ecclesiam Dei se esse, vel non judicant. Si non judicant, quæ agnitio peccati, turpissimique schismatis? si judicant, qua fronte, qua conscientia sacramenta prorsus omnia sacrilege administrant, varia etiam invalide? In quibus horribilibus sacrilegiis, cum quotidie imperterriti (uno aut altero fortassis excepto) perseverent, hinc merito concludimus, obdurata hæc impiorum corda vera sinceraque pœnitentia hactenus nulla ratione tangi, ac proinde simulatam dumtaxat esse eorum conversionem, & quidquid ei referri posse videretur. Si quis tamen horum infelicium sincere conversus sufficientia daret signa doloris, cuperetque Ecclesiæ Dei reconciliari, hunc, aut hos, si forte plures essent, omni benevolentia paternaque charitate a SS. D. N. ac Patre optimo recipiendos esse judicamus. Materiæ gravitas ubertasque prolixiores nos fecit: quapropter ne Eminentissimam Gratiam Vestram millenis, iisque gravissimis rebus occupatam diutius detineamus, petita humillime venia finem

„ fa-

„ facimus ac sacram Purpuram vestram sub- 1749
„ misse admodum venerati, cultu profundissi- 1 Mag.
„ mo subscribimus. „

5. Tali sono i sentimenti de'due sopraccennati Missionarj. Passando ora agli altri consultati dal Corrispondente del Sig. Card. Valenti, questi sono in numero di dodici, sette Ecclesiastici, e cinque Regolari, uomini tutti di dottrina, di esperienza, e di probità. Egli pertanto ha riferito le opinioni di ognuno con altra lettera del seguente tenore: „ Libentissimo „ animo & omni, qua decet, veneratione mandatis Eminentissimæ Vestræ Gratiæ in honorificis suis litteris contentis, & ad me datis „ 21. Decembris 1748. parens illico, dum tempus juvit & clementior aura favit, ad varios Sacerdotes hujus Missionis, qui a pietate, scientia, atque majori experientia commendabiles habentur, me gradatim & sine strepitu contuli, in ordine ut super momentoso Jansenistarum negotio cum eis coram agerem, eorum mentem indagarem, deinde vota colligerem, & collecta ad Eminentissimam Vestram Dominationem mitterem, conformiter & ut mihi per præfatas litteras nomine SS. D. N. nuper demandatum erat. Itaque unicuique consultorum prælaudatas litteras perlegi, atque legendas dedi, in quibus quid Sua Sanctitas exigit clare innotescit, quibus ab illis lectis & mature ponderatis, rogavi ut ad quæsita responderent. I. Quæritur, utrum expediat transactionem pro-

„ po-

1749 1 Mag „ positam ex parte Jansenistarum amplectì, an „ potius in majorem Missionis profectum cedat, „ si illam (Sanctissimus) omnino recuset. II. „ Quidnam prudentius deliberandum sit a Summo Pontifice utrum scilicet negotiationem „ assumere, an vero nullum publicum instituere „ colloquium, neminem tamen ex Janseniana „ factione recusare qui rite & recte ad unionem accedere intendat. Ad hæc quæsita & „ notanter ad primum cum viva voce, tum scripto responderunt ii omnes, quorum vota „ collegi, ut sequitur.

„ 6 *Responsio primi Missionarii* (a). Jansenistas in Batavia commorantes Apostolicæ Sedi posse reconciliari absque speciali & expressa acceptatione prævia Constitutionis *Unigenitus*, id omnino repugnat praxi universalis Ecclesiæ in cunctis retro sæculis, tam „ enim illa Constitutio lapis est lydius adversus Jansenisticam pravitatem, quam olim „ Nicenum fuit Symbolum Arianam contra „ impietatem. Deinde vero sicut una est fides, „ ita & una debet esse Fidei confessio, quæ „ ore fit ad salutem. Adde, illam simplicis & „ explicitæ acceptationis denegationem parum „ sinceram intentionem indicare, quæ tergiversationi locum & cavillationibus aditum sibi „ providet. Postremo pax illa simulata, vel

„ po-

(a) *Il P. Basilio le Jeune Carmelitano.*

„ potius belli fomes, in qua opinionis diver- 1749.
„ sitas sub eodem orthodoxiæ nomine remane- 1 May
„ ret, pejor esset veteris catholici conditio quam
„ reconciliati Jansenistæ *in triumphe* clamantis,
„ & proterve insultantis. Quantum autem ad
„ famosam illam sanctionem attinet, qua velu-
„ ti scuto utuntur Jansenistæ, quæque ab Or-
„ dinibus Fœderati Belgii anno 1730. promul-
„ gata est, illa non magis obstat speciali &
„ expressæ acceptationi *Unigenitus*, quam im-
„ piorum Decreta Imperatorum in primis Ec-
„ clesiæ sæculis veræ fidei confessioni obstite-
„ re.

„ 7. *Responsio secundi Missionarii* (a). Non
„ puto illos admittendos esse in Ecclesia, qui
„ dolose volunt illam intrare. Nolunt Janse-
„ nistæ juxta famosum Alexandri VII. Formu-
„ lare damnare V. Jansenii Propositiones secun-
„ dum sensum ab Auctore intentum. Hoc au-
„ tem Formulare editum anno 1656 non mi-
„ nus Bulla Pontificia est, quam illa *Unige-
„ nitus* promulgata anno 1713.: per consequens
„ si subnotando Bullæ Alexand. VII. non cre-
„ dunt se facere contra prohibitionem edi-
„ ctorum Statuum, nec timent ullam pœnam,
„ quid obstat, quominus Bullæ seu Constitutio-
„ ni *Unigenitus* subscribant, cum inde nulla est
„ mulcta aut pœna timenda? proinde merus
„ fu-

(a) *Il P. Jansés Domenicano.*

1741. 1. Maj. „ fucus horum hominum, quibus non fidendum est.

„ 8. *Responsio tertii Missionarii* (a). Visi meo „ ingenio judico relinquendum esse negotium „ prout est. Nam Bulla *Unigenitus* data est propter ipsos & propter disciplinam Catholicam: „ hac rejecta & non admissa rejicitur totum, & „ nihil admittitur: consequenter omnia quæ „ proponunt Jansenistæ, meræ sunt tecnæ & „ fraudes, & ab illis cavendum est.

„ 9 *Responsio quarti Missionarii* (b). Omnibus serio & mature ponderatis judico, Jansenistas (si sincere desiderant adscribi gremio Catholicæ Ecclesiæ) posse, absque solemni publica reconciliatione, sua implere „ vota. Imo crediderim nobis Missionariis „ sanctæ Sedi addictis fore nocuum, si pax „ quædam cum illis publice ineretur. Pluries „ scripsi super hoc Eminentiæ Vestræ, & antehac „ pro negotiatione steti, forteque unus ex præcipuis fui, qui occasionem dedi scrupulorum, cum post discessum Abatis Nicolini „ amplam fecerim & Romam miserim dissertationem, ad hoc incitatus a variis amicis, „ qui in familiis suis habebant Janseniana labe infectos: verum postea visis & auditis

„ va-

(a) *Il P. Bruns Francescano.*

(b) *Il P. Paolo de Martins Carmelitano Scalzo.*

„ variis relatis, ac principalioribus hujusce fæ- 1749 1 Maj.
„ cis laicis, vix credo cum toto corpore solidam & sinceram posse iniri pacem & concordiam.

10. *Responsio quinti Missionarii* (a). Ad propositionem respondeo quod ad propagandam „ conservandamque Religionem Catholicam, „ ad avertenda, quæ a Patriæ moderatoribus „ metui possunt mala, & ad obstruenda ora „ loquentium iniqua, videatur conducere ut „ fiat progressus, & audiantur Jansenistæ spe „ successus, cum inter multos malos aliqui sint „ boni foventes cogitationes pacis.

„ 11. *Responsio sexti Missionarii* (b). Multa „ experientia cognita fallacia Jansenistarum „ non videntur mihi admittendi, quia nullatenus dubito, quin sicut sibi adhærentes dudum fefellerunt, & usque modo decipiunt, „ dicentes, se vere Romanos Catholicos, & summo Pontifici adhærere; ita modo Superiores „ decipere volunt dicentes, se reverenter omnes Bullas Pontificias acceptare, sed unam „ in particulari, quæ vulnus tangit, & unica

„ ne-

(a) *Il Sig. Enrico Vesselinck Sacerdote Secolare, Pastore a Hillegom, alunno del Collegio Urbano di Propaganda.*

(b) *Il Sig. Vandan-Heuvel Sacerdote Secolare.*

1749 „ necessaria est, recusant, unde illis nullomodo
1 Mag „ fidendum.

„ 12. *Responsio septimi Missionarii* (a). Videtur mihi Jansenistarum reconciliatio moraliter impossibilis 1. quia judico illos non posse reconciliari, nisi acceptent Constitutionem *Unigenitus*, quæ est regula nostræ Fidei, & ideo quia a tota Ecclesia est acceptata: 2. quia judico illos non posse reconciliari nisi suam plebem seductam moneant, omnes absolutiones fuisse invalidas, & consequenter debere reiterari omnes confessiones factas propter defectum jurisdictionis 3. judico illorum exceptiones contra acceptationem Constitutionis *Unigenitus* esse merum fucum; cum Status Hollandiæ non ignorent omnes Missionarios illam acceptasse, uti omnes alias, nec tamen propterea ullum aliqua pœna mulctasse.

» 13. *Responsio octavi Missionarii* (b). An Jansenistæ audiendi sint, cum se se paratos ostendant ad acceptandas omnes Bullas & Apostolicas Constitutiones, una excepta, quam se dicunt specialiter & nominatim acceptare non posse ob rigorosa Statuum edicta, salvo meliori Superiorum judicio, audiendos esse spe fructus inde nascituri, si forte reduci possint ad frugem.

14 *Res-*

(a) *Il Sig. Velthoen Sacerdote Secolare*
(b) *Il Sig. Roguet Pastore di Voosschooten.*

» 14 *Responsio noni Missionarii* (a) Ad quæ- 1749. 1 Mag.
» stionem propositam respondeo: quod licet
» forsitan inter Jansenistas aliqui sint boni, qui
» vere reconciliari quærunt, attamen ob ingen-
» tem malorum numerum, quibus nullatenus
» fidendum est, nec credere possum, nec sen-
» tio, quod tali modo atque in generali pos-
» sit judicari, quod homines illi, qui toties
» deceperunt, sincere etiamnum agant.

» 15. *Responsio decimi Missionarii* (c). Cum
» versipellibus & vitiligatoribus habere collo-
» quium puto periculosum fore: notum est e-
» nim quantum negotium facesserint moderno-
» rum Jansenistarum prædecessores Illustrissimo
» & Reverendissimo Bussio Coloniæ, pro uno
» verbo abrumpentes filum pacis propositæ:
» non minus vitiligatores moderni Jansenistæ
» suis antecessoribus. Cavillantur super una
„ Bulla, quæ tantum propter ipsos data est:
„ proinde nisi evidentiora dent signa desiderii
„ concordiæ & pœnitentiæ, se nude & simpli-
„ citer submittendo & conformando aliis sa-
„ cerdotibus obedientibus, audiendi nullo mo-
„ do sunt.

„ 16. *Responsio undecimi Missionarii* (b) Super
„ secreto in tanti ponderis negotio servando secu-
„ rus

(a) *Il Sig. Hoost Pastore di Voorsbourg*
(b) *Il Sig. Kerckman Pastore di Castricum.*
(c) *Il P. Van-Housem Francescano, e con*

1749 1. Mag. „ rus esto. Quodmet non respondeat brachio „ dextero ad scribendum nonnihil impedito, „ excusatum habe, & ad propositam quæstio- „ nem utrum expediat ec. vel omnino recu- „ set· respondemus, censere nos omnino recu- „ sandam esse.

„ 17. *Responsio duodecimi Missionarii* (a). Cen- „ seo cœptam negotiationem cum Jansenistis „ non facile abrumpendam esse, sed in spe „ continuandam, consultius forsan in Braban- „ tia, verbi gratia Antuerpiæ, vel Mechliniæ, „ vel alibi colloquium posse institui. Quod „ autem alligari, ac se se detineri dicant Jan- „ senistæ, ne Constitutionem *Unigenitus* specia- „ tim acceptent, cantilena est, interrogati de- „ bemus dare gloriam Deo. Hic quidem nul- „ lum unquam super hoc nobis negotium fuit „ factum, sed nec in Hollandia, ut puto, un- „ quam super hoc causa dicta· unde puto me- „ rum esse subterfugium, quo utuntur Janse- „ nistæ, ne illi subscribant Constitutioni, ex „ horrore illius.

„ 18. Denique omnes a me consulti uno o- „ re, voto, & unanimi consensu in illam eunt „ sententiam: *neminem ex Janseniana factione* „ *recusandum esse, qui rite & recte ad unionem*

„ *acce-*

esso il Sig. Ram-van-SchalkWyk Arciprete della Missione d'Utrecht.

(a) *Il Sig. Le-Gros Arciprete di Groninga.*

„ *accedere intendat*, sed benigne esse recipien- 1749. 1 Mag
„ dos & audiendos, atque cum rite & recte
„ omnia, quæ requiruntur, peregerint, cum
„ Ecclesia esse reconciliandos. Hoc commune
„ omnium Sacerdotum proborum est desiderium,
„ & utinam veniant pœnitentia ducti!

19 E pervenuta ultimamente alla S. V. una lettera di Nicolo Broedersen in data de' 6. di Febbrajo prossimo passato, colla quale supplica nuovamente V. B. a ricevere i Giansenisti alla pace, ripetendo che non professano essi alcun errore contro la Fede cattolica, e che non riuscirebbe a lui difficile di togliere di mezzo l'ostacolo dell'accettazione della Bolla *Unigenitus*, se gli Editti della Podestà pubblica non la proibissero. In tale occasione ha trasmesso un estratto di tutti gli Editti pubblicati in Olanda dal 1703. in poi intorno alle Bolle, Brevi, Decreti, Dispense Apostoliche ec, e tra questi si legge l'infrascritto articolo dell'editto contro l'uffizio di S. Gregorio VII. pubblicato a' 20. di Settembre del 1730., in cui si fa menzione della Bolla *Unigenitus*.

20 „ Quod præterea nimis sit exploratum,
„ quosdam indesinenter & omnigenis modis
„ machinari & moliri, ut inter Romano-Ca-
„ tholicos hujus & aliarum Unitarum Provin-
„ ciarum Indigenæ inducant & jubeant, accipi
„ velut regulam Fidei famosam Constitutionem
„ Pontificiam *Unigenitus*, sine exceptione illius,
„ quod non solum Protestantes, sed valde mul-
„ ti & præcipue Romano-Catholici gravibus de

1749 1 Mag. „ causis in prædicta Constitutione Pontificia „ censent adversari fundamentis tranquillitatis „ publicæ ac securitati personarum, & regiminis Magistratus civilis (a).

21. Qui termina l'articolo tanto decantato dai Giansenisti per sottrarsi dalla espressa sommissione alla Bolla *Unigenitus*. Questo editto non contiene alcuna pena contro i trasgressori, e ciò non ostante asseriscono maliziosamente i Giansenisti, che l'accettazione della Bolla *Unigenitus* irriterebbe il Governo ad un segno, che sarebbe valevole ad eccitare un grande sconvolgimento, anzi una persecuzione contro i Cattolici.

22. Anche il pseudo-Vescovo di Harlem sul supposto che V. S. abbia rimesso quest' affare al Sig. Card. Valenti gli ha scritta una lettera in data de' 4. di Febbrajo prossimo scorso, nella quale dopo di aver diffusamente esposto la pretesa difficoltà di accettare la Costituzione *Unigenitus* si esprime, come segue. *Parati sumus candide ac sincere quidquid de singulis articulis Fidei sentiamus edicere, omnesque & singulos Fidei articulos a Sanctissimo Domino Papa Nostro propositos vel proponendos recipere ac profiteri, & circa quælibet puncta, quæ in Constitutione Unigenitus commemorantur, examini cujuscumque a* S Se-

(a) *Questa versione latina è fatta sull'originale Olandese.*

S. Sede Delegati nos submittere: quoad formam 1749. *autem illam acceptandi, quæ ad Fidem non pertinet, & nullatenus a Nobis servari potest, rogamus ut parcatur.* 1. Mag.

23. Ma quando ciò fosse sufficiente, come si asserisce da questo scismatico Vescovo, bisognerebbe tacciare di troppo rigidi e indiscreti i Padri del Concilio Calcedonense, i quali non ostante che i tredici Vescovi dell' Egitto infetti dell errore d' Eutiche dichiarassero di anatematizzare tutte le eresie, *quas extra Ecclesiam Catholicam sapiunt & docent*, contuttociò exclamarono i Cattolici, *Epistolæ Leonis subscribant*. I medesimi Padri dissero a Teodoreto *Clare dic anathema Nestorio & dogmatibus ejus*; nè si purgò egli pienamente dalla macchia di Nestorianismo, che con sottoscrivere l' Epistola dommatica di S. Leone: *Insuper* (si legge negli Atti del Concilio) *Epistolæ memorati Sanctissimi Archiepiscopi Leonis subscripsit*. Vogliono adunque i Giansenisti con una generale e artifiziosa protesta di cattolicità imitare i Vescovi dell' Egitto, e tutto al più con una accettazione delle Costituzioni Apostoliche *sub involucro verborum*, come già scrisse l' Abate Nicolini, sfuggire di anatematizzare chiaramente gli errori di Giansenio, e di Quesnello.

24. Finalmente non farà superfluo di esporre alla S. V. la relazione di una simile falsa riconciliazione proposta dai Giansenisti d' Olanda al Sig. Card. Valenti, allorchè era Nunzio Apostolico in Brusselles. E' stata questa estratta

dai

1749 dai dispacci del suddetto Cardinale alla Con-
2 Mag gregazione di Propaganda, dai quali si rileva, che nel 1733. dopo la morte del pseudo-Arcivescovo di Utrecht Cornelio Giovanni Barckman, essendo nati grandi dispareri nel partito de' Giansenisti, si risolverono alcuni primarj di essi di venire ad un abboccamento col Nunzio di Brusselles per trattare, se vi fosse maniera di riconciliarsi alla S. Sede, ma erano in dubbio se dovessero essi venire a Brusselles, o il Nunzio andare in Olanda. Non si arrischiavano di fare il primo per timore de' loro compagni, e per riguardo umano; ma era troppo difficile di fare il secondo così prontamente, come avrebbero voluto, mentre la cosa sarebbe stata più strepitosa: onde il Ministro Apostolico prese l'espediente di spedire subito in Olanda il Sacerdote Van-desteen colle necessarie istruzioni, incaricandolo specialmente di accoglierli amorevolmente, perchè tale era l'intenzione della S. Sede e del Papa, purchè dicessero daddovero, e operassero di buona fede. Giunto colà il Vandesteen scrisse, che pareva fossero realmente i Giansenisti disposti e risoluti di venire a trattato; al qual effetto avevano deputato un tal Valkemburg per parlare in una conferenza, nella quale non fu conchiuso nulla, e riuscì infruttuosa.

25. Antecedentemente però alla medesima avevano i Giansenisti fatto interpellare il Nunzio sopra tre capi. Il 1. circa l'accettazione delle Bolle Apostoliche: 2. circa i suffragj de' loro

loro Partitanti morti nella lor comunione: 3. 1749
intorno alla pretensione dell'asserto Capitolo d' 1. Mag.
Utrecht. Volendo essi con ciò tentare l'animo
del Ministro della S. Sede per formare poi la
loro proposizione, rispose questo, che la segnatura
della Bolla era indispensabile, come
condizione necessaria per levare lo scisma di
mezzo: intorno al secondo, che non vedeva
nè necessità, nè utilità di porre in campo questo
articolo: riguardo al terzo, che si spiegassero
più chiaro, assicurandoli per altro di tutta
la facilità, ove potesse, e che quando venissero
di buona fede ogni articolo si sarebbe
sminuito. Non ostante questa risposta il congresso
impuntò sul primo, dicendo il Deputato,
che non avrebbe mai accettata la Bolla,
e che il medesimo credeva sarebbero gli altri:
che in quanto agli appelli fatti in varie occasioni
stimava che fossero nulli, ma non essere
decoro il ritrattarli, onde si vide, che la loro
disposizione era molto lontana. Fecero per fine
ringraziare il Nunzio dei sentimenti di dolcezza
e sincerità che avea dimostrata, e sciolsero
il congresso con fargli credere, che non
andando egli in Olanda gli spedirebbero due
Deputati, quando vi fosse modo di proseguire
il trattato. Dopo brevissimo tempo i Capi de'
Giansenisti fecero di nuovo sapere al Nunzio,
che bramerebbero proponesse qualche ripiego
per non necessitarli all'accettazione delle Bolle
Unigenitus, e *Vineam Domini*, e ciò per preliminare,
avanti di spedire i loro Deputati a

Bru-

1749. 1. Mag. Bruselles per regolare il resto del trattato. La risposta fu, che su questo articolo non vi era mezzo termine, e che non serviva discorso. Replicarono, che non avendo egli facoltà di trovare alcun espediente volesse almeno scrivere a Roma le loro disposizioni e richieste, ma su ciò rispose il Nunzio, che si guarderebbe di farlo per non attirarsi qualche rimprovero, poichè egli ben sapeva, e doveano essi pure saperlo, che non vi era arbitrio su tal materia, la quale costituisce il loro scisma, e da cui doveano uscire per questa porta. La persona ancorchè non cattolica, che trattò in nome de' Giansenisti, confidò al Nunzio essersi espressi i detti Capi, che la di lui risposta, qualunque fosse, si dovea mostrare agli Stati-Generali, lo che gli fece credere essere stato tutto questo giuoco un colpo del Gran Pensionario e suoi aderenti, che avrebbero voluto far miscuglio de' Cattolici e Giansenisti, lo che avrebbe distrutta la Missione.

» 26. *Rescriptum*. (*a*). Sanctissimus auditis „ votis Missionariorum stetit in decretis, ita „ tamen ut neminem velit rejicere, imo singu„ los paterne amplecti, qui Constitutionibus Apo-

(a) *Anche questo* Rescritto *fu il risultato di questa Congregazione, dopo che fu in essa letta la precedente relazione, e furono uditi sull' affare i voti de' Cardinali adunati.*

„ Apostolicis, & præcipue illi, quæ incipit 1749 1. Mag.
„ *Unigenitus*, debitam obedientiam præstiterint,
„ atque omnia, quæ in ipsis præscripta sunt,
„ adimpleverint. „

LI.

Sesto Breve di Benedetto XIV. a' Cattolici d' Olanda (a).

1 Dilecti Filii ec. Quod Apostolica sollicitudine ad æternam animarum vestrarum salutem advigilantes fel. rec. Prædecessores nostri Romani Pontifices vos, dilecti Filii, sepæ monitos voluere, Nos ipsi non semel exhortari studuimus super nova & nulla Archiepiscopatus, & Capituli Ultrajectini ante annos ab hinc plures supra centum extincti perperam ac temere contra canonicas leges jamdudum facta, deindeque alterius ejusdemmodi Cathedralis Ecclesiæ Harlemensis erectione nulliter itidem constituta, idipsum non sine gravissimo Pontificii animi nostri dolore iterum renovare, mærorisque nostri causas ad vos, dilecti Filii, deferre, & recentioribus scandalis obviam ire immensa Supremi Pastorum Principis Jesu Christi, cujus vices in terris plane 1757 29 De.
im-

(a) *Stor. Tom. II. p. 381. n. 4.*

1757 29. De. immerentes gerimus, charitas nos urget atque impellit, nimirum ut adversus insidias Diaboli nulla vobis desint sanæ doctrinæ, salutaris disciplinæ, & vigilantiæ nostræ pastoralis præsidia, nec nova atque perspicua paternæ nostræ charitatis testimonia.

2. Nos sane pro certo Nobis pollicebamur, quod tandem aliquando post tot iterata Apostolicæ potestatis fulmina, post tot Ecclesiasticas censuras, post tot declarationes super nullitate pseudo-Archiepiscopatus, pseudoque-Capituli Ultrajectini, & pseudo-Episcopatus Harlemensis editas, per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam prævaricatores Ecclesiasticæ disciplinæ ad cor redeuntes, relicto temeritatis furore, ad paternum Catholicæ Ecclesiæ gremium confugerent, ejusque sacrosancta mandata complecterentur.

3. Sed superbia eorum, quæ ascendit semper, eo etiam temeritatis evasit, ut pseudo-Archiepiscopus Petrus Joannes Meindars, toties ab Apostolica Sede damnatus atque rejectus, tot Ecclesiasticis censuris toties illigatus, nuper novum Episcopatum Daventriæ, qui jam obsoleverat, erexerit, erectoque Episcopatui hujusmodi novum Episcopum designaverit Bartholomeum Joannem Byeveld, quemadmodum per suas ad nos datas epistolas ipsi perduelles & Catholicæ veritatis unitatisque hostes de tam nefario facinore nos certiores facere non erubuere, atque insimul insidiosis precibus postularunt, ut nos quoque Apostolica auctoritate no-

nostra impium crimen ac scelus approbaremus, 1717.
& confirmaremus. 19 De.

4. Nos itaque de supremæ Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, non solum supradictum pervicacem Petrum Joannem Meindars ementitum Archiepiscopum Ultrajectinum, ejusque inane Capitulum, prædictumque etiam Bartholomeum Joannem Byeveld nulliter designatum Daventriæ Episcopum, cæterosque eorum asseclas, fymmistas, fautores, patronos, atque omnes iisdem opem & auxilium præstantes & præstituros iterum excommunicamus, anathematizamus, & Ecclesiasticis censuris & pœnis illigamus, iisdemque illigatos & in eas incursos declaramus; verum etiam omnia & singula eorum in præmissis acta & gesta quæcumque detestamur & execramur, atque damnamus, nec non nulla atque irrita & nullius prorsus momenti ac roboris esse ac fore pronunciamus.

5. Etsi autem tam præclara Nobis inest opinio de vestra, dilecti Filii, singulari virtute & indelebili erga Catholicam fidem, & Apostolicam hanc S. Sedem adhæsione, observantia, ac zelo, ut vestram potius constantiam novis Pontificiæ benevolentiæ significationibus & laudibus extollendam, quam aliorum perfidiam ingeminatis censuris & damnationibus arguendam esse, merito judicaremus; tamen nolumus a vobis desiderari novissima hæc Apostolicæ providentiæ & charitatis nostræ studia & officia, ne quisquam fortasse incautus in retia fraudu-
len-

1757. 19 Dc. lentiæ, & iniquitatis incidat. Scitis enim oportere & hæreses esse, & schismata, ut probentur electi. sic namque probantur Fideles, sic perfidi deteguntur. Non indigent notiori signo, quo perduelles discernantur ad oculum. Hi sunt, qui se ultro apud temerarios convenas sine divina dispositione præficiunt, qui se præpositos sine ulla ordinationis lege constituunt, qui nemine Episcopatum dante Episcopi sibi nomen assumunt.

6. Quæ omnia, ut vobis omnibus, dilecti Filii, manifestius nota sint, nos præter Apostolicas censuras superius expressas, sub pœna etiam excomunicationis ipso facto absque alia declaratione incurrendæ indicimus & districtius præcipimus tam eidem Bartholomeo Joanni Byeveld, ne se cuiquam Archiepiscopo, aut Episcopo consecrandum præbeat, quam ipsi pseudo-Archiepiscopo Petro Joanni Meindars, aliisque Archiepiscopis & Episcopis, ne eumdem execrabiliter electum Episcopum Daventriensem execrabilius consecrare audeant: sub qua etiam latæ sententiæ excomunicatione indicimus pariter & districtius præcipimus memorato Bartholomeo Joanni Byeveld, ne ullam Episcopalem jurisdictionem exerceat sive dimissorias pro suscipiendis Ordinibus litteras tribuat, sive Pastores, Missionarios, aliosque Ministros ad animarum curam, & Sacramentorum administrationem constituat, ac deputet.

7. Nos enim quascumque Pastorum, Missionariorum, ac Ministrorum deputationes ab eodem

dem Bartholomeo Joanne five jam factas five 1757.
faciendas, cum omnibus inde fequutis, nullas, 29 De
nullius roboris, & momenti effe & fore declaramus. Siqui autem aliquando ab eodem ordinibus initiati fuerint, noverint fe fufpenfionis vinculo constrictos effe & fore, atque irregularitati præterea obnoxios, fi fufceptos ordines exercuerint.

8. Reliquum est, ut paternis curis nostris filialis obedientiæ fideique vestræ officia refpondeant. Nullum enim jucundius dolori nostro folatium afferri potest, quam ut intelligamus, vos caute ambulantes non vocem alienorum audire, fed Pastorem fequi & domum ædificare fupra firmam petram. Ac vobis, dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, quam cœlestis præfidii pignus atque adverfus potestates tenebrarum arma & fcutum effe optamus, peramanter impertimur. Datum Romæ ec. die 29. Decemb. 1757. Pontif. nostri an. 18.

L I I.

Decreto di Clemente XIII. (a).

Clemens Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

1765 30 Ap. 1. Non sine acerbo animi sensu atque dolore jamptidem accepimus, perditos homines & pervicaces iniquitatis filios Joannem Meindars, Joannem Van-Stiphout, & Bartholomeum Byeveld, quos a fel. rec. Prædecessoribus nostris Clemente XII. & Benedicto XIV. semel atque iterum Apostolico majoris excomunicationis mucrone fuisse confixos, atque ita ab Ecclesiæ gremio exturbatos etiam schismaticos vitandos declaratos fuisse, & ab omnibus Episcopalis jurisdictionis & dignitatis muneribus interdictos, ipsa jamdudum novit Catholica Ecclesia, nonnullis suæ factionis Ecclesiasticis viris in criminis societatem adscitis, clanculum quemdam habuisse conventum, atque in eo de fide, de moribus, de disciplina tamquam Judices in Ecclesia constitutos ausos esse plura statuere & decernere, quæ constat inter omnes, qui quidem sint Catholici nominis, ad Episcopos cum Catholica Ecclesia communionem

(a) *Stor. Tom. II. p. 431. n. 6. seg.*

nem habentes, dum in legitimis Synodis congregantur, tantummodo pertinere. 1764. 30. Ap.

2. Indignum ejusmodi facinus plane detestati supplices usque adhuc ad Deum preces nostras prosternere non cessavimus, ut ambulantes in pravitate cordis, divina luce collustratos, & cœlestis gratiæ numine permotos super semitas justitiæ deducat. Sed, ut ait sapiens, perversi difficile corriguntur, & os impiorum devorat iniquitatem.

3 Nam de irrequietis hominibus, quos supra memoravimus, gravior ad nos perlatus est nuncius, eos tumentes in peccato suo, & ipsis sibi delictis placentes, illegitimi hujus nefariique conventus non modo acta typis impressa in publicam lucem edidisse, atque in omnes partes per nefarii sui schismatis fautores latissime disseminasse, sed eo etiam prorupisse temeritatis, ut contemptis incredibili audacia & ludibrio habitis tot Apostolicis Prædecessorum nostrorum decretis, quibus segregati sunt a Catholica Ecclesia, compluribus Venerabilibus Fratribus nostris Episcopis, qui nobiscum sunt christiana charitate conjuncti, eadem callide submiserint, eo fortasse consilio, ut ab iis probarentur, aut per eam occasionem saltem epistolam, quam veluti Catholicæ communionis signum deinde ostentarent, consuetis fraudulentissimæ suæ factionis artibus, & quasi per insidias surriperent.

4. Qui igitur indesinenter Apostolico nostro officio admonemur, nostras esse partes anima-

1765. 30. Ap. rum pericula avertere, motus & perturbationes in Ecclesia sedare, schismata vel coorta statim opprimere, vel, si latius serpant, iis acerrime obsistere, ne seditiosorum hominum, quos videmus esse in felle amaritudinis, & in obligatione iniquitatis, temerariis venenatisque conatibus silentio nostro connivere, atque consensum adhibere videamur, unde gehennæ pœnas possimus incurrere, detestandam eorum machinam, per manifestum Apostolicæ Sedis & Canonicæ disciplinæ contemptum ad evertendam Ecclesiasticam Hierarchiam, unitatem, communionemque Catholicam dissolvendam, ad decipiendos seducendosque simplices homines & incautos, & in perniciem trahendas in universum Dominici gregis oves novissime admotam, censemus Apostolica virtute & auctoritate, quantum in Domino possumus, dirui oportere.

5. Auditis itaque nonnullis Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, aliisque pietate & doctrina præstantibus viris, de eorum sententia & consilio, eam pseudo-Synodum, quo convenerunt memorati Petrus Joannes Meindars, Joannes Van-Stiphout, & Bartholomæus Joannes Byeveld, aliique, qui extra Ecclesiam collecti secum esse Christum, cum fuissent collecti, falso sunt opinati, sine legitima jurisdictione atque auctoritate coactam & celebratam, nullam, illegitimam, & attentatam pronunciamus, atque omnia ejus acta rescindimus, cassamus, & irritamus, nulliusque esse roboris & momenti edicimus, & declaramus.

6. Li-

6. Librum vero quo, eadem acta evulgata fuerunt, cujus titulus = Acta & Decreta secundæ Synodi Provinciæ Ultrajectensis in Sacello Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Geltrudis Ultrajecti celebratæ die 13 Septembris 1763. Ultrajecti sumptibus Societatis 1764 (*a*) = tamquam continentem in infandi schismatis patrocinium propositiones falsas, calumniosas, scandalosas, Ecclesiasticæ Hierarchiæ eversivas ac Apostolicæ Sedi injuriosas damnamus & reprobamus; ipsiusque libri quocumque idiomate editi vel edendi lectionem, usum, retentionem, multoque magis distributionem & distractionem omnibus & singulis Christifidelibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto absque alia declaratione incurrendæ, Apostolica auctoritate, præsentium tenore omnino interdicimus & prohibemus. 1765. 30. Ap.

7. Præterea quæcumque alia scripta vel manu exarata, vel typis excusa aut excudenda in hujus funesti schismatis defensionem, eadem auctoritate & tenore præfatis, itidem sub eadem pœna damnamus & reprobamus, ac legi aut retineri, aut distribui, & distrahi pariter interdicimus & prohibemus.

8. No-

(a) *Actes & Decrets du II. Concile Provincial d'Utrecht, tenu le 13. Septembre 1763 dans la Chapelle de l'Eglise Paroissiale de S. Gertrude, a Utrecht. A Utrecht aux depenses de la Compagnie 1764.*

1765 30 Ap. 8. Noverint præterea Fideles omnes, idque eos sedulo admonemus, sibi vetitum esse sub pœnis a jure latis cum supramemoratis hominibus, utpote qui declarati sint excomunicati vitandi, ullam præsertim in spiritualibus communionem habere, multoque magis eorundem acta schismatica tamquam legitima ac rata probare, & huic deplorando Schismati fomentum ullum præbere. Exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.

9. Faxit Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, ut hoc a nobis aliquando removeatur amaritudinis offendiculum, & ea spina dolorem inferens e nostro animo evellatur. Illum in humilitate cordis nostri rogamus & obsecramus impensissima prece, ut qui ea, quæ diu in multa patientia sustinuit vasa iræ, eadem ipsa aliquando efficiat vasa in honorem, cœcos homines miseratus iis aperiat oculos, quo tandem videant & ex animo fateantur, Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem & Magistram eam esse, quæ sola aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, qui Cathedram Petri, super quam Ecclesia fundata est, deserit & resistit, illum in Ecclesia se esse male confidere: neve amore jactantiæ, quæ superbiæ semper est proxima, diutius in obstinatione permaneant, sed abjecto privato sensu errori semper obnoxio, Ecclesiæ judicio, quæ est columna & firmamentum verita-

ritatis, se dociles præbeant, Apostolicis mandatis sincero animo pareant, & in viscera S. Matris Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ tota mentis intentione aliquando properent regredi. 1765. 30 Ap.

10. Ut autem eædem præsentes litteræ ad omnium notitiam facilius perveniant, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus & decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curiæ Generalis, & in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui: sic vero publicatas omnes & singulos, quos concernunt, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ & intimatæ fuissent: ipsarum autem litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eamdem prorsus fidem tam in judicio quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ &c. die 30. April. 1765.

LIII.

Breve di Clemente XIII a Cattolici delle Provincie Unite (a).

1768 2 Giu. 1. Dilecti Filii ec. Etsi satis exploratum habemus atque perspectum, quanta vobis cautio sit, ne ab hominibus prava doctrina imbutis & decretis Apostolicæ Sedis parere detrectantibus vestræ fidei integritas corrumpatur; tamen pro ea, qua assidue tangimur, æternæ salutis vestræ solicitudine & cura per has nostras litteras vos admonendos existimavimus, ut eo magis ab Ultrajectini schismatis fautoribus, eorumque consuetudine refugiatis, quo pertinacior eorum inobedientia, & alendi sustentandique illius scandali obfirmatior apparet in dies voluntas & obstinatior.

2 Modo autem quid designarunt? Cum enim Joannes Petrus Meindars pseudo-Archiepiscopus Ultrajectensis a fel. recor. Prædecessore nostro Benedicto XIV excomunicationis mucrone confixus, & tamquam filius perditionis ab Ecclesiæ sinu dejectus atque exturbatus in sua damnabili inobedientia mortalitatem expleverit, & in locum abierit suum, pseudo-Canonici Ultrajectenses nihil censurarum metu de-

(a) *Stor. Tom. II. p. 449. n. 4.*

deterriti alium quemdam nomine Gualtherum Michaelem Nieuwenhuysen in locum memorati Joannis Petri Meindars substituerunt, & in Ultrajectinum Archiepiscopum, ut vanissime existimant, elegerunt: Illum subinde nefario, & execrando scelere Joannes Van-Stiphout pseudo-Episcopus Harlemensis ad anathematum plagas, quas jam compluries acceperat, plane obdurescens, illicite, illegitime, sacrilege, & contra Supremae hujus Apostolicae Sedis mandata, sacrorumque Canonum sanctiones die 7. proxime elapsi Mensis Februarii consecravit. 1768 1 Giu.

3. Nos igitur immane hujusmodi facinus detestati, Praedecessorum nostrorum vestigia sectando, auctoritate Apostolica per praesentes litteras decernimus, & declaramus, tam electionem ejusdem Gualtheri Michaelis Nieuwenhuysen in Archiepiscopum Ultrajectinum fuisse irritam, ac prorsus nullam, quam ejus consecrationem fuisse omnino illicitam, illegitimam, sacrilegam, & execrandam, eumdemque Gualtherum Michaelem, & quotquot ementito Canonicorum Ultrajectensium nomine suffragia in illum contulerunt, itidemque eos omnes, qui in ejusdem Gualtheri Michaelis nefaria electione atque execranda consecratione opem, consilium, consensum, aut operam quomodolibet praestiterunt, notorie incidisse in excommunicationem nobis atque huic Apostolicae Sedi reservatam decernimus, & pronunciamus, atque etiam denuo excomunicamus, anathematizamus, & ab Ecclesiae communione segregatos,

&

1763 1. Giu. & ut prorsus Schismaticos habendos esse edicimus, & declaramus.

4. Praeterea memoratum Gualtherum Michaelem pronunciamus ab omni exercitio tum eorum, quae sunt ordinis, tum quae sunt Jurisdictionis esse suspensum, eidemque idcirco interdicimus sub poena excommunicationis ipso facto sine ulla declaratione incurrendae, ne Episcopalem, quam numquam adeptus est, exercere jurisdictionem, aliamve ullam aut pro animarum regimine auctoritatem sibi audeat arrogare, vel pro suscipiendis Ordinibus dimissorias litteras dare, Pastores, Missionarios, aut quocumque alio nomine appellentur, ad animarum curam & Sacramentorum administrationem quovis etiam necessitatis praetextu constituere aut deputare, talesque deputationes ad praedicta sub quocumque nomine officia pro animarum regimine seu factas, seu fortasse faciendas, cum omnibus inde sequutis, prorsus irritas esse & fore nulliusque roboris & momenti pronunciamus, & declaramus. Noverint autem quicumque ab ipso Gualthero Michaele, vel per ipsius litteras ecclesiasticos susceperint ordines, suspensionis vinculo se esse illigatos, & susceptos ordines si exercuerint, in irregularitatem incidisse.

5. Vos autem, dilecti Filii, cavete ab ejusmodi falsis pastoribus, qui se se in ovile intulerunt, ut furentur, mactent, & perdant. Ab his oportet quam longissime recedatis, ut ne minima quidem vox eorum ad vestras aures ap-

appellat. Semper enim maximo fumus in metu, ne mellitis quidem, fed venenatis eorum 1768
fermonibus deliniti a recta veritatis femita in 1 Giu
devios erroris anfractus feducamini. Vobifque omnibus, quos ob veram pietatem, finceramque in Beatiffimi Petri facratiffimam Sedem obedientiam & fidem veftram præcipue complectimur charitate, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ ec. die 1. Junii 1768.

LIV.

Primo Breve del felicemente regnante Pontefice Pio VI. a' Cattolici delle Provincie Unite (a).

1778.
1. Dilecti Filii ec. Plane cognitum vobis ac 22 Lug.
perspectum effe debet, dilecti Filii, ex fa. mem. Benedicti XIV. fapientiffimi Prædeceſſoris noftri litteris in forma Brevis primum die 26. Junii 1745., tum die 28. Augusti ejufdem anni ad vos datis, Joannem Van-Stiphout pfeudo-Epifcopum Harlemenfem & illegitime electum ad eam Ecclefiam, & facrilege deinde fuiffe confecratum. Atque is ab eo tempore in tam diuturno plufquam triginta annorum fpatio cum aliquando refipifcere, ipfifque in

(a) *Stor. Tom. II. p. 452. n. 1.*

1778 in quas inciderat, censuris admoneri de depo-
21 Lug nenda contumacia, ac de ingredienda pœnitentiæ via debuisset, in suo persistit schismate, ac tandem præterito Decembri mense ex hac vita ad districtum Domini subeundum judicium emigravit.

2. Dissimulare profecto non debemus, paternum animum nostrum non mediocri commotum fuisse commiserationis sensu de hoc illius etsi dissensionis filii funesto atque infelici vitæ exitu, valdeque doluisse, quod non ante a pertinacia sua quam a vita decessisset.

